




R I
VET
DE
PES

















TRACTATVS
DE PESTE,
EXANTHEMATIBVS, ET ANTHRACIBVS; ATQVE DE METHODO IN FEBRIS PESTILENTIS, ET ALIORVM ID GEnus morborum curatione, obseruanda.

AVTHORE GEORGIO RIuetto Bononiensi Medico excellentissimo.

EX ITALICA IN LATINAM LINguam (sententia Authoris quàm maximè fieri potuit seruata) translatus ad inclytæ Reipublicæ Coloniensis vsum tempore pestis, Anno 1597.

Per THOMAM AVBEL Mathematicum, & Medicum.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Henricum Falckenburg.
ANNO M. D. XCVII.

AD LECTORES.

CVM ſit hæc ſola mea intentio & ſtudium, vt in temporibus de contagio ſuſpectis (à quibus per ſuam bonitatem nos liberet Dominus Deus) proximum adiuuem; & illi per remedia temporalia ſimplicia, & compoſita auxilium feram: cumque non poſſim vlterius, mea quidem ſententia, progredi, ac maius, atque illi acceptius quid præſtare; confido ſtylum qualem cunque licet minus elegantem, hic ſufficientem, dum in hoc opuſculo lingua noſtrate vtar. Videtur etenim mihi conſentaneum, vt quilibet author, qui in ſua lingua natiua ſcribit, phraſes & locutiones extraneas, quæ à paucis intelliguntur, non adhibeat. Eapropter neque Poetarum figmenta, neque Heroum facinora hic reperietis: quoniam hæc materia id non poſtulat. Sed ſolum rationem & modum priſtinam valetudinem recuperandi, à quibuſque malis præſeruandi, & febres peſtilentes, eudemias, & carbones, ſeu, vt nũc placet vocare, globos, & glandes vſtas curandi perſpicuè inuenietis. Adhæc conſpicietis quoque modum conficiendi poma odorata, ſpongias, ſuffitus, fomenta, epithemata pro corde, pro cerebro præmuniendo, & alia multa id genus remedia. Demum ſi hic eſt quicquam boni, attribuetis bonitati diuinæ, ex qua promanat omne bonum: atq; ſi hîc eſt, quod non ſatisfaciat auribus veſtris, ad linguæ pulchritudinem, ornatum, & ſplendorem attentis, vos precor & obteſtor, vt mihi ignoſcatis, cùm euidentiſſimè vobis ſolum conſtet de mea bona, & prōpta voluntate, ad id duntaxat attenta, vt quàm maximè iuuent proximum ad Dei gloriam, qui nos ab omni contagio præſeruare dignetur.

AD-

ADMODVM MAGNIFICO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

Ascanio Torello, meo Domino, ac Patrono obseruandissimo.



ES nulla profectò inuenitur vsquam quæ euidentius animum nobilem, & generosum ob oculos proponit, quàm scientiarum desiderium, sicuti dixit Philosophus: atque in actionibus ciuilibus sese præbare affabilem & benignum. Quæ duæ virtutes quemadmodum rarius in vno, eodemq́; subiecto reperiuntur, ita plurimi debet ille fieri & haberi, qui ambarum est possessor. Equidem verè possum dicere absque vlla accusationis, aut reprahensionis nota, talem esse vestræ magnificentiæ, & excellentiæ personam: quæ dono quodam singulari à Domino Deo est exornata, & altis scientijs, & quadam aflabilitate & benignitate tam completa, & morum grauitate tam nobilis, & ciuilis, vt ab omnibus meritò ametur, & colatur: Vsqueadeò, vt in vestra excellentia sit verißimum hoc dictum illius magni sapientis, virtutem ab omnibus amari, & coli. Ob hanc igitur causam, & ob infinita beneficia, quæ domus nostra ab animi sui magnitudine recepit, cùm haberem equidem horis nocturnis, quibus otiū dabatur, textum congestum & elaboratum hunc breuem de sese à pestis contagio, & exanthematibus,

seu,

seu, vt nunc placet vocare, petechijs præseruando tractatum; atque importunè cùm vrgerent quotidie complures, vt hunc typis pro bono publico mandarem, visum est consentire, & amicis gratificari, atque illum Vestræ magnificentiæ & excellentiæ dedicare: vt aliqua ex parte meum officium, vt æquum est, signo euidenti declarem, ita vt confidam suum clarißimum nomen in huius tractatus frontispicio tanquam propugnaculum fore contra quoslibet mendacium linguarum impetus, & insultus, quæ cū aliorum laborum inuidia dant operam, & sibi famam & honorē conciliantes acquirant, & illos absque perspecta eorum cognitione nusquam non taxantes moderant. Acceptabit ergo læto animo hoc qualecunque munusculum à suo Cliente obligatißimo iam oblatum, qui in corde suo multa beneficia sibi præstita vsqueadeò impreßit, & insculpsit, vt quoad vixerit, non desinat vnquam prædicare, & per vniuersum mundum laudare vestræ excellentiæ magnificentiam & benignitatem, quam Dominus Deus dignetur quam diutißimè conseruare incolumem, & felicem efficere in omnibus suis heroicis facinoribus pro vtilitate publica susceptis. Bononiæ 20 Februarij, anno 1592.

Admodum Magnifica, & excell. Vestræ dominationi deditißimus & obligatißimus Cliens Georgius Riuettus.

QVID SIT PESTIS.

Cap. I.

Gal. lib.1. c. 2. & seq. de feb. diff.



AGNA profectò est controuersia inter doctos in inuestiganda horum affectuum causa. Quidam enim negant esse pestis principiũ, quidam contrà affirmant: Alius vult pestem fieri per contagium, quod ex corruptione aëris calidi, & maligni sine aliqua propria, & occulta qualitate ortum habeat, qui aër & alterat, & exiccat temperaturas hominum; vsqueadeò vt corrumpantur, & intereant; quemadmodum in ea peste, quæ olim Athenienses inuasit, contigit; veluti refert Galenus lib.1.ca.4. de febrium diff. sed prolixius hac de re loqui nõ est nostri instituti: Alius vult elementa inferiora putrefieri & corrumpi à causis motricibus: Alij demum volunt pestis principium procedere à qualitate alimentorum corruptorum, veluti ab omni victu improbo, quo plebs in huius temporis annona sese replens sustentauit. Sed sciendum est, quod apud Authores tam antiquos quã modernos inueniantur hæc nomina propè synonyma, pestis, pestilentia, pestilitas, λοιμὸς, epidemia, & endemia. Adhæc pestis vulgò quatuor significat, causam externam, morbum, febrem, & symptoma: Ioubertus cap. lib. de peste. Pestis quidem est quędam corruptio aeris malê affecti ex quadam occulta qualitate, qua mediante generantur morbi diuersi in diuersis corporibus: Et ita est pestis diuersarum specierum, tum in hominibus, tum in brutis etiam animalibus.

Definitio.

Epidemia verò est quædam corruptio aeris,

orta

orta à mala,& occulta qualitate, per quam fiũt morbi particulatim in vna eademq́ue specie sola: Atque hoc modo epidemia erit particulatim aut solum in hominibus, aut solum in alijs brutorum animalium indiuiduis. Quæ ægritudo quãdo venit inter homines particulatim varios sortitur effectus. In alijs enim nascuntur carbunculi cum febre, in alijs dysenteriæ, glandulæ, vel apostemata, quãdoq; variolæ, vt inquit Gal. quę passim vocantur morbus vulgaris: quia cùm sit contagiosus, & attingatur, discurrit, & sese per populum seu vulgus dissеminat.

Endemia demum est corruptio aquæ, vel terræ, ratione cuiusdam malæ, & occultæ qualitatis, quæ in illis reperitur. Et est animaduertendum, quod licet hæc tria nomina sint diuersa: Tamen à Galeno & Auicenna sæpenumerò pro synonymis nominibus capiuntur, hoc est, in vna, eademq́ue significatione. Et hoc modo sese habet differentia inter infirmitates, seu ægritudines pestilentes, epidemias & endemias. Nam pestis euenit simul in pluribus indiuiduis, & particularibus potissimũ, & diuersis speciebus, à corruptione aeris ex quadã occulta, & maligna qualitate. Teste vel ipso Virg. lib. 3. Aeneid.

Iura domosq́ue dabam, subitò cùm tabida membris.
Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues, & letifer annus:
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Sirius agros.
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.

Et sciendum est, quod in peste tametsi aer non

corrumpitur secundum suam substantiam, sed solùm secundum qualitatem secum coniunctã; nihilominꝰ dicitur pestis vel epidemia esse quædam corruptio aeris qualitatiua, & non substantialis: ac proinde animaduertendũ est, ꝙ pestis potest renouari, & amoueri, quia qualitas aeris mutatur, & recedit, sed non ipsa substantia.

Et morbus epidemius est ægritudo in indiuiduis vnius generis tantum ob corruptionem aeris qualitatiuam, quæ vocatur qualitas occulta & maligna, ad operandum non satis manifestè, cùm tam occultè populi interficiantur.

Et morbus endemius obuenit animalibus plurium specierum, aut vnius solius, mediante corruptione vel aquæ, vel terræ per malignam & occultam qualitatem coniunctam, quæ est in illis. Sed qualis & quomodo ipsa sit, nunc non disputo; cùm non sit mea professio & institutum; vobis solum ea medicamenta, quæ in tantis malis sunt adhibenda, monstrabo. Et mihi ac meo instituto satis est, vt vobis significem, quid mihi videatur ad experientiam adiungendum; & hoc est omni ex parte conforme, & consentaneum historijs antiquis, non ab vllo profano scriptis, sed à spiritu sancto, qui mentiri haud nouit, approbatis & stabilitis; vbi intelligitur quid sit pestis, & quare, sic morbus in populo coortus exurgat.

Deut. c. 5. de crabron. Lib. Regum 2. c. 24. Ezech. cap. 5. & seq.

Idcircò secundùm veras historias dico, & affirmo, quod sæpenumero pestis non sit aliud, quàm quidam ictus gladij acuti iræ diuinæ infliċti ab ineuitabili, & infallibili manu Angeli percutiẽtis; qui ictus, quæ plagæ seu vulnera carmen putrefaciunt; & multis ita sauciatis insensibili-

ſibiliter,& inuiſibiliter mortē inferunt: & hoc verum eſſe teſtatur ſcriptor Apocalyp. cap. 7. & 9. vbi inquit: Noli nocere terræ, & mari, neque arboribus, quo aduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.

Iam dicant noſtri Medici Theorici, atque etiam Doctores Practici quicquid velint, & ſcribant per immodicam & exuperantem humiditatem circa præcordia, vel ob morbum quendam peſtiferum, vel ob alterationem aëris, conuerſam in putredinem aut in quampiam peſſimam qualitatem, quæ generatim, & multis ſit peſtifera: equidem huiuſmodi definitiones eſſe phantaſias & opiniones Philoſophicas autumo. Veram autem hanc meam eſſe ſententiam, poteſt intelligi ex ſacro teſtamento, quod pro veſtra ſecuritate & mea ſatisfactione; ne ſit vobis graue, ne ſit moleſtum legere, lib. 2.24. Regum, vbi inuenietis, quod cùm peſtis in populo Iſraëlitico propter peccatū ſui Regis Dauid graſſaretur, ipſe Rex vidit, quid eſſet illa peſtis quā memorat ſacrum teſtamentum. Vidit ille Angelum quendam populos interficere, quem paulò infrà ab afflictione, & interemptione reuocat.

Sed pro maiore huius veritatis teſtimonio habemus recens, & memorabile exemplum in vrbe Romana, caſtellum ſancti Angeli, quod ab antiquis appellabatur moles Hadriani, quæ hoc nomen ſancti Angeli accepit tempore ſancti Gregorij, quo tempore ſæuiebat quædam peſtis crudeliſſima, quæ vſque ſub Pontificatu Papæ Pelagij, qui hoc eodem morbo moriebatur, inceperat. Inſtituebat quotidie ſcnctus Pontifex Gregorius ſolennem proceſſionem per vrbem,

atque etiam litanias maiores. Cùm iam placeret bonitati diuinæ illorum preces exaudire, die quodam inter alios descendens in processionem sanctus pater pedes cum vniuerso clero & populo, vidit super dictam Hadriani molem Angelum quendam cum gladio nudo, & sanguinolento in dextra, & cum vagina in sinistra manu; qui in signum pacis gladium in vaginam reponebat. Vnde datur intelligi diuinam iram esse placatã; & ita in effectu visum est, quòd iste exitialis, & tam crudelis morbus incepit statim cessare: Et ab ea hora in posterum, & in hodiernum vsque diem hic locus vice molis Hadriani est semper dictus Castellum sancti Angeli. Vsqueadeò vt pestis nihil aliud sit, quàm ictus & morsus acerbissimus à gladio, & flagello diuino incussus. Hinc equidem alijs definitionibus, quas (cum bona gratia eius, qui similem opinionẽ habet,) existimo esse fallacias hominum, ne dicam illusiones dæmonum, vos onerare prætermittam. Verùm illud vnum scitote, quod mecum, quoties huiusmodi tripudia passim audio, cogitare solitus sum, fortasse hic veritatem per os sapientum enunciandam desiderari. Audite quendam Dei amicum, & hominem sanctum, qui cùm vellet nobis nostram ignorantiam improbrare, dixit: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus Deus non fecerit*: quasi dicere voluisset quod ille solus est, qui hæc supplicia in nos dimittat.

Amos Propheta c.3.

Eapropter ne à mundanis phantasijs vos seduci permittatis. Vnusquisque verò hoc sibi esse dictum persuadeat. Neque minus cogitet, in sese tam sordidos, tam putridos, siue propter corruptionem aeris, siue propter aliud accidens putrefa-

trefactos humores, per quietem latitare. Vnde equidem secundum artem & professionem meam quum perpendo quàm necessarium sit cognoscere, & inuestigare certas, proprias, & particulares, quæ sunt principes infirmitatum, causas ad applicanda cum vtilitate particularia, & propria auxiliorum Medicorum remedia, iam principalium causarum explicationem aggrediar.

Vera, propria, & principes pestis causa. *Cap.* II.

EST itaque sciendum, quod pestis potest effici tum à causis superioribus, tum ab inferioribus. Quandoque enim accidit, vt illa solùm in vna aliqua prouincia, aut sub aliquo aeris tractu priuatum, vbi quidam per determinatam Planetarum (Saturni, & Martis) coniunctionem; aut Luminarium (Solis aut Lunæ) eclipsin contingit influxus, qui deinceps pestis dicitur, efficiatur. Nanque est quædam corruprio qualitatis in aere naturæ humanæ inimica, & penitus contraria. itaque hinc exoriuntur duo, quorum vnum est causa generalis ipsius pestis, & dicti influxus: alterũ definitio ipsius pestis, quę est aeris corruptio, quæ occultè operatur, & est humanæ naturæ multum inimica.

Exurgit quandoque pestis à causa inferiore, & corruptiõe qualitatiua ipsius terrę, vel aquę, quę occultè operatur, hominis naturę cõtraria: quæ corruptio nonnunquã procedit ab ijs, quæ super terram nascuntur; nonnunquàm ab eiusdem terræ partibus inferioribus & profundis; nonnunquam ab vtrisque simul. Vnde attollun-

tur

tur vapores pessimi, qui dum eos tangimus, & inspiratu in corpus nostrum attrahimus, ad cor perueniunt, & magnoperè offendunt: quemadmodum anno superiore in ciuitate nostra Bononiensi vsuuenit; vbi, cùm nonnulli puteum quendam profundum, qui multo tempore fuerat occlusus, aperirēt, inter aperiendū, aut paulo post duo ex illis moriebantur. Et hoc sine dubio obtigit ob malam qualitatem ex putri ipsius putei aqua causatam, homini contrariam, quæ occultè operando, tanquam naturæ humanæ infensa illos è vita sustulit. Et hinc euidenter cognoscere possumus Endemiam esse pestis causam. Namq; ex vaporibus aquæ & terræ pedetentim inficitur aër, & euadit in horrendam pestis causam.

Hinc habemus etiam causam febris pestilentis; quæ est mala quædam, & occulta aeris qualitas, cordi humano communicata: qua mediante putrefiunt cordis humiditates, quæ putrefactæ calorem naturalem immodicè excalfaciunt atque ità exurgit hæc febris. Hoc ipso modo contingit etiam ex improba, & maligna aquæ & terræ qualitate, quæ ad cor penetrat, & similiter febrem pestilentem producit.

Et quanquam ex his causis naturalibus nascitur pestis pestis: Attamen equidē inuenio. quod quotiescunque hoc horrendum flagellum temporibus nostrorum patrum à Domino Deo est immissum, id semper propter peccata factum esse: Ac proinde peccatum est omnis nostræ miseriæ causa, & origo. Quapropter verissimè inquit scriptura: Peccatum miseros facit populos. Vnde videmus, quod quando Maiestas diuina

uina populo suo tam horrendũ pestis flagellũ, minatur, semper nonnulla peccata odiosa, & in suo diuino cõspectu abominabilia in mediũ adducit: vsque adeò, vt appareat, quasi ab illis impulsa, & extorta, vt immitteretur, pestis; veluti conuenientior, quàm hæc castigatio, nulla illis conueniat. Et hoc ipsum testatur Propheta Dauid fieri ob superbiæ peccatum, quod in ipsum inuasit, cùm sese tantùm populum numeratum pro suo ministerio habere videret: dum inquit, Peccaui valdè in hoc facto, sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Et, ego sum, qui peccaui, & ego iniquè egi. Eapropter interdum inter nos Christianos tàm enormia, & abominabilia reperiuntur peccata, quæ commouent; imò verò (si mihi licitum est dicere) bonitatem diuinam ad istud horrendum flagellum immittẽdum extorquent. *Lib. 2. c. 24. Regum.*

Quid nos possumus expectare aliud, nisi vt breui temporis spacio, hoc acerbo & mortifero flagello castigati cædamur longè grauius, quàm nostri antecessores vnquam fuerunt puniti?

Et hoc modo possumus cognoscere minas principales, quas audire & declinare ad nos pertinet: Id quod magnus ille Deus nobis intonat per os sui serui, & sancti Prophetæ, qui nobis nostras iniquitates & scelera exprobrat.

In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti. Et post pauca verba inquit: In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam, producam ergo ig-

go ignem de medio tui. Et non multò pòst inquit: Immittam ei pestilentiam, & sanguinem in plateis eius. Iniquitates ergo multæ committuntur in negotiationibus, in mercaturis, in contractibus, & in omnibus alijs offensionibus, quibus genus humanum ingratum, lucifero haud absimile, contra suum creatorem, contra sacrã legem abutitur: quæ iniquitates ita commissæ tandem irritant, & impellunt Dominum Deum ad immittendum sua flagella, veluti hæc: quæ sunt humores putridi, maximè venenosi, qui hunc pestiferum affectum, quo non nocentior alter, generant: &c.

Cogitemus itaque, & nobis ipsis persuadeamus, nostra corpora huic tam mortiferæ infirmitati subijci, à qua si euadere, & securi superuiuere desideremus, præparationem infrascriptam amplectamur. Dominus enim Deus, omniũ moderator, virtutem & potestatem, morbos, per varia auxiliorum remedia euadendi donauit. Etenim pro ægritudine animæ persananda dedit Confessionem, à se quidem institutam, à Iacobo vero & alijs Apostolis promulgatam. Pro ægritudine autem corporis propulsanda, reliquit naturalia vbique terrarum remedia, ad influentias in corpora nostra aut à contagio, aut à mala aeris dispositione, aut ab improbo Planetarum aliquo introductas, & medio auferendas; sicuti deinceps plenissimè, quo sine dubio permaneamus sani & incolumes, demonstrabo.

Luc. cap. vlt. & passim. Iac. epist. c. 5.

Quid

Quid ad se præparandum sit necessarium. Cap. III.

QVandoquidem Medicina res est planè diuina, & à benigna & potente Dei manu diuinitus creata, ideo ipsi Medici omni die, & omni hora praxin suæ professionis facientes (quantumlibet medicamentorum administratio sit ars quædam) precium aliquod pro assiduis suis laboribus postulare nunquam conspiciuntur, veluti alij omnes artifices, nimirum illiberales facere consueuerunt: sed illam humanitatem, quæ sibi liberaliter offertur (ita vt plus non postulent) recipiunt: quia si secus facerent, iam iusto titulo ipsis, tanquam impijs rei sanctæ, ac diuinæ, medicæ inquam, venditoribus sordida Simoniaci, aut sacrilegij nota posse inuri, & assignari videretur. Adde regulas ipsius medicinæ comprehendere signa pulcherrimis referta; & nos in eum finem institutos, & edoctos, vt homines in vera vita, quæ non solum in calore natiuo, qui operatur in humido radicali, consistit, sed etiam in charitate non fucata, quæ per diuinæ gratiæ calorem in corde nostro operatur, & quasi manu in salutis operatione nos retinet, conseruentur: Idque verissimè nuncupatur vita, quia hæc vita nihil aliud est, quàm operatio, vel potentia ad operandum. Eccl. 5. 48.

Quare quidem sit statutum, cùm salutiferam præparationē ad nos præcustodiendos in his periculosis tēporibus velimus adhibere, ne ad punctum seu latum vnguem recedamus à Medicorū regulis; secundū quas primùm omnis improba dispositio, hoc est, quicquid nos ad malū disponit,

nit,& procliues reddit,euitari debet. Sunt enim verba Galeni verissima, quod facta ægritudo curabitur, dispositione ablata, à qua principaliter quæ secundum naturam est operatio læditur. Verùm hoc neutiquam suffecerit, nisi ad particularia descendamus, atque simul vniuersim hoc nostrum corpus pinguedine & humiditate, quæ est omnis corruptionis causa, plenũ exiccemus. Ac proinde Galenus cap. 3. libro de feb. diff. dixit: quod conueniat corpus huiusmodi exiccare,& siccum conseruare: Præter hoc nos docet ipsa experientia, quod quicunq; sobriè alitur, sobriè dormit, quam diutissimè viuat sanus & incolumis. Verùm ego concludo necessarium esse semper tum ad quantitatem, tum ad qualitatem respicere. Agedum facto opus est, vt opportunam euacuationem, sed citra vllam omnes superfluitates in nobis inuentas euacuandi violentiam instituamus: ita vt habet regula Auicennæ: Multùm est vtilis phlebotomia,& solutio,& euacuatio ventris ad pestis curationẽ.

Auic. lib. 4. fen. 1. Tr. 4. cap. 4.

Dicamus iam obsecro principium euacuandi omnia nostra peccata per sanctæ cõfessionis, ieiunij, eleemosynæ,& orationis mediũ: sin secus, ab ira diuina nobis caueamus. Et cum hac tum corporis, tum facultatum nostrarum euacuatione, præparemus nos ad naturalia medicamenta (chirurgica, pharmacentica, & diætetica) feliciter adhibenda. Quibuscunque hoc modo præparatis, confidentur asserò, auxilia, & medicamenta, seu magna antidota, à Medicis ordinata, euidentissimè, imò miraculosè ad animæ,& corporis salutem profutura.

Ex

Ex quibus signis cognoscatur febris pestilens. Et principium papularum, seu, vt nunc ad Italorum inuitationem placet appellare, petechiarum.

CAP. IV.

MVltis ac diuersis modis potest huiusmodi febris pestilens, quæ satis multas habet differentias, cognosci.

Quare statim initio animaduertendum est, an hoc tempore hoc loco, hac cęli seu aeris constitutione passim sæuiant morbi pestilentes, seu febres pestiferæ: Id si fiat, facilè poterit iudicari febris pestilens. *Signum* 1

Deinde euidentius erit signum, si in ægro patiente simul cum febre inueniatur vehemens totius corporis ardor, maxima cum inquietudine potissimum de noctu, vsqueadeò, vt quiescere non possit. In febre enim pestilente putrefiunt, & consumuntur cordis humiditates. Vnde & in corde, & in toto corpore excitatur ardor intolerabilis, tempore noctis maximè inquietus. Hoc enim tempore vapores in centro potissimum includuntur, ita vt omnes ipsius cordis, & aliarũ partium facultates summoperè afficiant, molestent, & affligant. 2

Cognoscitur quoque pestis ex linguæ nigredine cum ariditate, & siti intolerabili: Idque euenit. quia in corde fit calor, seu ardor, & incendium ingens ab exhalatione ex humoribus improbis illic putrescentibus facta: qui vapores inde ad os ascendentes, ipsum exiccant, & insuper exiccando nigrum efficiunt, vnde haud dubiè contingit, vt summa subsequatur sitis. Quæ 3

ſitis nihil aliud eſt, quam deſiderium frigidi & humidi per præſentiam caliditatis, & ſiccitatis ab his vaporibus illatum.

4 Adhæc frequenter etiam adeſt euomendi voluntas: Cùm etenim cor à putredine ſuæ humiditatis offenditur,& moleſtatur, vt ipſam foras expellat,facit omnem ſuum conatum.

5 Prætereà hic quandoque obſeruantur magnæ vigiliæ:Etenim ex putredine humiditatis in corde exiſtentis fumant: & ad caput aſcendunt vapores,ſeu potius exhalationes improbæ, quæ vbi ad cerebrum appulerint, ipſius humiditatem exiccant, & ſomni occaſionem amouent. Sed ſecus ſe habet in corporibus phlegmaticis: & cæt.

6 Hic etiam ſentitur pulſus frequens & velox, nimirum præ magna euacuandi, & refrigerandi neceſſitate,quæ ſanè ab ingenti cordis ardore augmentatur. Et pulſus quidem eſt paruus, & debilis, quia virtus ipſius cordis magnoperè à ſuæ humiditatis putredine iacet oppreſſa, quæ putrefactio cor ipſum efficere magnum & fortem pulſum impedit.

7 Hic conſpicitur quoque vrina turbida, propter magnam in corde putredinem & ebullitionem, vniuerſæ humorum maſſæ communicatam.

8 Sentiuntur adhæc fæces multum graueolentes, & fœtidæ propter excellentem putredinis exceſſum.

9 Oboriuntur plerunque bullulæ (tanquam ex aduſtione) carbones, & apoſtemata. Nam cùm magna putredo in cordis humiditate reperiatur,

tur, fit ſubinde ea putredo tanta, vt eam adauctã facultas naturalis ſuperare & corrigere non poſſit: Vnde deinceps ſudor ſymptomaticus nõ ſecundum naturæ intentionem, & propoſitum ſuccedit. Atque omnis euacuatio ſymptomatica, & non ſecundum naturæ intentionem eſt periculoſa.

Aliud etiam accidens ſæpenumerò venit in 10
febribus peſtilentibus animaduertendum, hoc eſt, maculæ, quæ per multas corporis infirmi partes, & maximè per eas, in quibus viget maior caliditas, ſicut in dorſo circa ſpinam, ſparguntur. Nam illic in parte intrinſeca extenditur vena quædam magna, quam chylen appellant Itali, in qua multum ſpirituoſi ſanguinis exiſtit.

Atque hoc modo, mediante vena & arteria excitatur magna caliditas circa dorſi ſpinam: *Petechiæ.* vnde hoc in loco ferè primùm, & in maiori numero apparent maculæ, quę à Medicis Italis hodie paſſim vocantur petechiæ. Verùm ſciendum eſt ſecundum omnem humorum in patiente infectorum diuerſitatem variari has maculas in colore, & ſubſtantia. Nanque ſi ſuam cauſam ſortitur febris peſtilens à ſanguine, color illarum erit rubeus, & erunt ipſæ alijs paulò eminentiores, prout fuerit in corpore vel maior, vel minor ſanguinis copia & plenitudo: At ſi cauſam habet hæc febris à bile ſeu cholera, erunt maculæ coloris citrini, & ſublutei: Si verò cauſam adipiſcatur hæc à phlegmate, & pituita erunt albæ: Si demum à melancholia, erunt liuidæ vel nigræ.

Prognoſtico. Si offendantur hæ maculæ ſeu pabulæ cum
1 ſanguinis prædominio,& abundantia,habentur ſecuriores,& minus alijs periculoſæ,& ſunt ſignum ac indicium ſpei de recuperanda ſalute maioris.

2 Si primùm hæ maculæ ſeu petechiæ in die critico cum virtute debili, & proſtrata erumpere & apparere incipiant, vel exigua, vel nulla erit relicta ſpes ſalutis. Nam hoc eſt ſignum, quod per modum accidentis ſeu ſymptomatis,& non per vigorem & fortitudinem virtutis ad expellendam è corpore venenoſitatem ineptæ proueniant.

3 Et quando hæ maculæ erumpunt, exiſtente infirmo magis cordato, & exhilarato, de perficienda ipſius febris peſtilentis vnà cum ipſo accidente curatione melius poteſt ſperari.

4 Atque hinc denuò ſciendum eſt,quod quando in febre peſtilente non ſeſe manifeſtant petechiæ, ſi qua ſanguinis vel ſinceri, vel cum alijs humoribus permixti abundantia præſens eſt,neceſſariũ ſit ſanguinem extrahere:ſi modò adſint ætas, virtus, & aliæ conditiones, vt inquit Gal. lib. 1.cap. 13. de feb.ad Glauc.Et libr.9.c.5.Meth. ac paſſim.

Quomodo attrahantur papulæ ſeu petechiæ.
CAP. V.

QVando febris peſtilens eſt cum petechijs,ſolent nonnulli ſanguinem mittere,ſed vera, & approbata Medicorum ſententia eſt de ſanguine tunc non extrahendo. Non etenim debet impediri natura in ſuo motu, quo mediante vberrimam vtilitatem, & iuuamentum conſe-

quitur

quitur infirmus, ita vt per venenosæ materiæ, quæ intus erat, recessum, & expulsum, virtus naturæ subleuata quicquid noxium discutiat. Ac proinde motum naturæ bene operantis imitari, non impedire debet Medicus. Nam posset introrsum materiam retrahere, quàm foras propulsare studiosè allaborat virtus naturalis.

Quandoque verò hallucinantur nonnulli Medici practici in phlebotomiæ administratione, vbi petethię iam apparere incipiunt. Cùm enim animaduertimus, & per signa cognoscimus in corpore latitare magnam humorum, & potissimum sanguinis plenitudinem, nempe petechijs existentibus rubris, atque ita indicatione & intentione ab abundantia causæ antecedentis, nimirum venæ, seu sanguinis sumpta, nos illum non sine vtilitate extrahemus: Et hoc præceptũ habetur apud Auicennam de variolarum curatione, lib. 4. fen. 1. Tr. 4. ca. 10. vbi ostendit, quod etsi appareant variolæ, tamen si corpus sit valdè plenum. vena possit secari. Sit itaque huius sanguinis euacuatio in pauca quantitate, ita vt euacuetur solum causa antecedens, in eum finem, vt virtus refocilletur, & promptior ac robustior ad resoluendas materiæ reliquias euadat. Et in omni euacuatione semper habeatur ratio virtutis: Cum enim ipsa sit ea, quæ contra materiam venenosam & malignam decertare debet, non erit nimia sanguinis quantitas auferenda: quia statim arescerent omnia virtutis arma, quæ potissimum sunt sanguis, spiritus, & calor naturalis.

Facta hac euacuatione, si ea videbitur expedire, hoc est, si sese offerant, manifesta, & indubita

ta plethoræ & magnæ plenitudinis ſanguinis ſigna, quæ plurimum debent obſeruari in ſanguinis miſſione, dum apparent petechiæ, ineunda erit alia via, atque ratio medendi, ſicut ea, quæ ſequitur.

Cùm itaque petechiæ in ſuperficiem prorumpere iam conſpiciuntur, non poterunt exhiberi medicamenta ſolutiua: quia mediantibus huiuſmodi medicamentis non ſolum natura impedita dimouetur ad motum contrarium ei, quem facere conatur, ſed etiam ob agitationem illam, quæ ex aſſumptis medicamentis cauſam habet, debilitatur ipſa virtus.

Lenitiuum. Laudatur ergo, vt ſi, apparentibus etiam petechijs, opus ſit medicamentum exhibere, illud ſit lenitiuum, & iteratis vicibus aſſumi commodum. Quare in hoc caſu conueniunt: Manna, caſſia, Tamar Indi, myrobalani, aloë, Elect. ex prunis Damaſcenis, & alia id genus lenitiua ſecundum Medici iudicium.

Clyſter. Verùm ſi quando loco medicamenti lenitiui adminiſtretur clyſter lenitiuus, & mollificatiuus, foret res magis ſecura, & magis huic infirmitati idonea.

Attractio papularum. Eſſet adhuc ſecuriùs in hac febre peſtilente petechijs iam paſſim apparentibus, mederi ſecundum obſeruatum à natura motum. Ita, vt, quando natura molitur eas extrudere ad partes exteriores, cum omni diligentia & induſtria coadiuuetur ipſius motus iam inchoatus: quò perfectè pleneque foras propulſetur materia: Et hoc fieri ſolet multis auxiliorum remedijs.

1 Primum eſt, vt in panno purpureo (id eſt, ſcarlato)

lato) conuoluatur infirmus, mediante enim caliditate, & ipsa in colorem rubrum intuitione, sanguis à centro ad partes magis exteriores prolectus euocabitur.

Secundum est, vt cum portiunculam (petiam dicunt) eiusdem panni, frictiones per totum corpus fiant, incipiendo suprà. desinendo infrà. Nãque mediãte motu sic facto in exteriorihus corporis partibus, attrahitur caliditas, per quã viæ, & cutis meatus aperiuntur. 2

Tertium est, vt manibus in aqua simplici calida madefactis contrectetur, confricetur, & humectetur corpus vniuersum: quia mediante hac humectatione siccitas atque ariditas cutis à magna febris caliditate, & siccitate exorta remouebitur. 3

Quartum est, vt passim applicentur, & appẽdantur cucurbitulę (cornetta vocant Itali) super humeros, brachia, pectus, spinam dorsi, nates, suras crurum sursum ac deorsum: Et ita hæc remedia fideliter administrantes, simus certi, quod sequamur ductum, quem natura molitur, quodque vnà morbi materiam attrahamus, atque naturam ab exitiali veneno subleuatam exoneremus. 4

Quintum est, vt infirmo in potu detur bezoar naturalis & legitimus, qui lapis in officinis quibusdam pharmaceuticis venalis est in huiusmodi morbis miraculosus, quemadmodum asserit Manardus; & nos Patauij in quadam Comitissa Germana, ab Excellentiss. Bottono, nostro Præceptore curata obseruauimus: Quo in modo de illo bezoar assumentur grana quinque vel sex pro dosi vna, in subtilem puluerem redacta, 5

VVeck in ℞. p.25.

cum aquæ florum citri, aut cum aquæ Cardui bened.&c.vnc.ij.vel iij.Et sic faciendũ est tribus vicibus cum interuallo quatuor vel plurium horarum ab vna ad alteram sumptionem, & in lecto sudandum.

6 Sextum & vlt.est, vt in petechiarum apparitione infirmo propinetur potio subscripta.

℞	lentium	vnc.iiij.
	aq.fontis	lib.viij.

Bulliant simul ebullitione forti:dninde abijciatur omnis aqua,& lentibus indantur

aq.fontis claræ	lib.vj
hordei mundi,& extorticati	vnc.iiij
dactylor sine ossiculis	num.viij
vuarum passar	vnc.ij

Misceantur,& bulliant simul vsq; ad consumpt. medietatis; postea colentur, & propinetur infirmo hæc colatura in pasto,& extra pastum.

Confert etiam, vt simul cum his omnibus remedijs non intermittatur vsus rerum quæ confortant,vt sunt epithemata seu irrigationes,pulueres cordiales,de quibus infra in pestis præparatione sufficienter dicetur, cap.25. Quæ remedia,& tam cordialia cùm in vsum veniunt,petechiæ disparentes euanescunt,tunc oportunè poteris infirmo exhibere medicamentum solutiuum, vt consultum videbitur Medico.

Quæ sunt deuitanda,& primùm qui aer,temporibus de peste suspectis.

CAP. VI.

VOlo igitur, vt quisque sibi caueat ab apertura cauernarum,& aquarum à luto, fimo, canabe fœtidarum,atque etiam à plantis& arbo-

arboribus malæ qualitatis circa domum infe-ctam, ſicuti à ficubus, nucibus, & id genus alijs, quæ aerem in his, quibus plantantur locis, pro-gignunt peſtiferum. Vſqueadeò, vt ab aere im-probo, à vaporibus, ab exhalationibus, & ſum-matim ab omnibus rebus graueolentibus, & o-doratum offendentibus cauere nobis debeamus. Quemadmodum enim quæcunque bonum ſpi-rant odorem, cor & omnes ſpiritus recreant: Ita contrà quæcunque per ingratum ſuum odorem vehementer olfactum noſtrum offendunt & læ-dunt, qua ex cauſa ſæpenumerò in leipothymiã inducunt, ac aerem graueolentem & peſtiferum in cordis capacitatem per inſpiratum tranſmit-tunt. Atque idcirco præcipuè poma odorifera temporibus de peſte ſuſpectis in manu geſtata circumferuntur, vt hic etiam paulò poſt narra-bimus.

Quàm autem ſit aer recluſus periculoſus, nos euidenter docet exemplum, & caſus horrendus, qui nuper contigit Bononiæ die 8. Octobr. anno 1591. in Eccleſia ſancti Georgij: vbi homo pau-per, nomine Franciſcus Bonacoſſa, officio pol-linctor, dum ponebat in ſepulchro mortuũ, de-cidit etiam ipſe præ fœtore, & peſtifera exhala-tione propè mortuus, auxilium à circumſtanti-bus implorans. Qui quidem, quia petitum auxi-lium non ſubitò obtinebat, eò quod vnuſquiſq; ab ingreſſu ſepulchri recenter aperti abhoreret, mortuus eſt quoque ipſe iuxta cadauer vix mo-dò ſepultum: Et cùm illinc ſpe vitæ paulò poſt extractus, foret mortuus, fuit denuò ſepultus in eodem loco non abſq; magno hominum omniũ horrore, qui proprijs viderunt oculis, ſicut &

ego. Vſqueadeò vt rogandus ſit Dominus Deus qui à tam peſtiferis exhalationibus, & ab omni alio malo nos præcuſtodiat.

De repletione, & diuerſitate ciborum, qui hoc tempore debent euitari.

CAP. VII.

CAueat ſibi vnuſquiſque à cibo, & potu ſuperfluo: Nam paulò minus, quam pro conſuetudine comedendum & bibendum eſt: Et caueat ab vſu variorum ciborum in qualitate contrariorum. ſicuti dixit ſapiens: Vnum & ſimplex genus ferculorum commendatur. Huius rei nobis dant teſtimonium patres antiqui, qui tanto temporis interuallo ſuperuiuebant: alius quidem annos nongentos triginta, vt Adã, alius quoque nongentos duodecim, vt Seth: alius nongentos quinq;, vt Enos: Et nonnulli fide & authoritate digni conſtanter affirmãt hanc vitæ diuturnitatem non alia de cauſa, quam ex ciborum vtilitate eueniſſe. Superfluitates enim à ſuperfluo cibo, & potu multiplicantur.

Geneſ.c. 5.

Diuerſitas quoque alimenti fugienda eſt, tanquam inutilis, & improba. Generat enim humores putridos, & potiſſimum fructus Horarij ſeu fugaces. Et quando inter cœnandum nullus ſeruatur ordo, ita vt quæcunque facilè concoquuntur, & corrumpuntur. poſt alios difficilioris cõcoctionis cibos comedantur. Quapropter quiſque vno ferculo ſeu vna victus ratione ſit contentus. Atque ſi in menſa plura, quam vnum ferculum præparentur, & inferantur, ex eorum vno, quod melius poterit confici & concoqui, comede ad ſatietatem. Quo enim minori ciborum varie-

varietate grauatur, & obruitur natura, eò fit ad malum, quod noxium eſt, expellendum, fortior atque promptior.

De motu & quiete.
CAP. VIII.

DEbet vnuſquiſque ſibi cauere, quando hic morbus actu graſſatur, à vehementioribus, & immodicis, ac ſpeciatim ſub aëre nudo, exercitijs, quæ ſudores & laſſitudines inferant. Verùm ſi fiat exercitium aliquod mediocre, id ſub aêre concluſo, & ſtomacho ieiuno faciendum eſt. Sed antequam peſtis actu inuadit, exercendum eſt corpus, tunc enim exercitium, quàm quies magis laudatur.

De ſomno, & vigilia.
CAP. IX.

SOmnus hic confert prolixior, vt humores in corpore crudi plenius elaborẽtur: Ex quibus corpus illud laudabili humiditate reficitur, & ſpirituum largior fit copia. Tempus ſomno conueniens eſt nocturnum, vel ex naturæ inſtituto, & à cœna longiſſimè per tres horas remotum, vt ventriculi coctio ſit propemodum prius abſoluta, quàm ſomnus occupet. Neque ſtatim à plena menſa, pleno iam ventriculo, ore manibuſque illotis, in lectum volandum eſt. Cubiculum ſit bene obturatum, & odorifero ſuffitu expurgatum, ne aer peſtilens dormientem incautè aggrediatur. Nocet ſomnus meridianus, præſertim lautè pranſis.

Vigiliæ multæ nocent, quia exiccant, humoreſque accendunt. Quinetiam nimis aſſiduæ, cruditates pariunt, & vires cùm maximo in peſte detri-

detrimento debilitatas prosternunt, authore Laur. Iouberto c.16. de peste. In eadem sententia est & schola Salernitana.

Sit breuis, aut nullus tibi somnus meridianus.
Nam tibi proueniunt ex somno meridiano,
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus.
Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna.
Vt sis nocte leuis, sic tibi cœna breuis.
A cœna stabis, aut passus mille meabis, &c.

De affectibus animi.

CAP. X.

CVm consideramus, quãtum in nobis possint affectus, & perturbationes animi, posissimũ subitæ, & vehementes (vt terror, metus, tristitia, mœror, gaudium, lætitia effrænis, risus profusus) & quomodo nos alterare valeant, meritò adhibenda est omnis cura & industria in ijs quàm maximè fieri potest, declinandis: Ita vt nobis in primis ab ira, quæ tum melancholiam, tum mortem inducit, præcaueamus. Imò hoc faciendum manifestè docetur exemplo Homeri Poetarum Græcorum principis, qui cum dubium à quibusdam piscatoribus sibi propositum soluere nesciret, ex dolore mortuus est. Sed placitis, gaudio cum sanis, cantilenis, iucunda historiarum, & rerum id genus delectabilium, quę animum recreant, & magnam delectationem afferunt, lectione perfruendum est. Tristior exiccat durissima spiritus ossa.

Auic. 4. 1. 4. 1. A Venere quoque abstinendum est vel in toto, vel maxima ex parte: Hæc enim, vt inquit philosophorum sapientissimus, barbam fert in manu. Libido destructio animæ & corporis est.

Et

Et Pythagoras docuit nos debere Venere vti, quando ægrotare volumus. Huius quoque rei mentionem videtur fecisse Democritus, vt per gustum & Venerem cognoscatur mortale: Et ideò his temporibus nouum procuratore matrimonium non est salutare. Nam Venus eneruat vires, authore Poeta.

Adhæc conuersationes politicæ seu ciuiles, (quas appellant nostrates) ac potissimùm cum ijs, qui infecti sunt, aut cum ijs, qui ad id, vt inficiantur, sunt paratiores ac magis dispositi, nō approbantur. Nam qui tangit picem, qui venenum, inquinatur. *Conuersatio.*

De cibis, & edulijs deuitandis.

CAP. XI.

DEbet sibi cauere vnusquisque ab esu lactis, & casei recentis, sed sicci parum comedere poterit. Caueat sibi à piscibus aquæ dulcis, & cuiusque conditionis, & præ cæteris omnibus à fungis, à carne porcina, quamuis macriori, à pastillis cuiusque generis, ab omni pinguedine, à pane ex frumento improbo, à vino corrupto, ab aqua suspecta lacunarum, cisternarum, &c. ab vniuersis carnibus humidiorib. & calidioribus, & ab omni cibo non plenè cocto, non bene asseruato, & ab illo cibo, qui iam aliquod situs & corruptionis contraxit initium.

Cibi, & potus cuiusmodi esse debeant.

CAP. XII.

QVandoquidem nos suprà disseruimus, de cibis fugiendis, consentaneum est, vt deinceps de vsitandis, ac etiam de potu temporibus

de contagioſo ac peſtifero malo ſuſpectis aſſumendo, loquamur.

Vniuerſa propè noſtra ſpes, præter illam de Domino Deo, & ſanctis eius conceptam, in diæta, & victus ratione verſatur, ac primum in pane, qui ſit optimæ ſubſtantiæ, recens, diei vnius, vel paucorum, benè fermentatus, bene ſubactus, ex ſpelta (quam zeã vocant) à paleis, & furfuribus (niſi aluus ſit aſtricta, duraq́;) mũdato, piſtus cum aniſorum puluere, & ſale, atque perfectè coctus. Aut ex tritico bono, & repurgato: Galli ſimul ac Germani panem ex ſecali (quam roggam appellat Dodon. 4. 1. 15.) non improbant. De alijs Gal. lib. 1. de aliment. facult.

Potus ſit vinum album, clarum, medij ſaporis, neque rubrum, neque fumoſum, vt non excalfiant ſpiritus, & humores, neque ſit vinum illud nimis oligophorum, nimis paruum, ac ſi fieri poteſt, ſit vetus, hoc enim à fecibus magis repurgatum eſt, & magis exiccat, ac minus aquoſitatis poſſidet. Vinum apud quaſdam nationes quandoque diluendum eſt cum aqua leui cocta, cognita, & ſalubri, interdum medicata.
Bibere quoque hauſtulum vnum vini maluatici aut alterius vini generoſi, manè ante primùm ex domo egreſſum, eſt admodum ijs vtile, qui debilem frigidamque temperiem poſſident: Hoc enim modo multi fumoſi vapores exiccantur, & ſpiritus interni confortantur. Eſt aſſiduè ab omni potu nimio, & inebriante cauendum: Nam vires deijcit, authore Virg.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno nanque modo vina, Venusq́ue nocent.

Vt

Vt Venus eneruat vires, sic copia vini,
Et tentat gressus, debilitatque pedes.

Vinum denique, adustum quod vocant, & aqua ardens quæcunque excalfaciens, humores incendens, febrem excitans, partes thoracis exiccans, improbatur à Medico: Laudat autem vænales, qui vult extrudere merces. *Dodon.3.l.33.*

De saporum, seu condimentorum acidorum regimine.

CAP. XIII.

EST sciendum, quod omnia condimenta, & salsa, seu potius acida debeant confici ex limonibus, malis aurantijs, malis granatis acidis, vel herbis acetosis, cum his speciebus aromaticis, quarum hic infrà descriptionem habetis, permixtis.

℞ cinnanomi opt.
Zingiberis
Caryophillor } an. drach. v
Been albi
& rubri. } an. drach. j
Cardamomi drach. ij
Croci orient. scr. v. ß.
Sacchari puriss. vnc. iij

Et fac puluerem subtilissimum, traijce per setacium: Et ex his simul mistis minorem quantitatem sume æstate, quam hyeme.

Atque, si nihil te impediat, veluti ventriculi frigiditas, communiter sumuntur poma aurantia, poma granata, poma citria, & in primis eorum semina, quæ hic singularem habent proprietatem, aut in forma theriacæ, aut in iusculo carnium, aut in id genus alijs: nisi

alijs:nisi patiens calculo seu lapide afficiatur, in quo casu necessarium est vias initio dilatare, & aperire.

De aceto.

CAP. XIV.

SEmper nisi adsit occasio prohibens, est bonũ aceto vti, & cum ipso condimenta saporem conciliantia temperare: præterquam in pectoris angustia, & ventriculi frigiditate, vbi excitarentur affectus grauissimi. Verùm oportet procurare, vt acetum sit ex vino generoso, veluti ex maluatico, aut ex alio precioso, & valentiore. Quidam acetum calendulatum, aut sambucinum laudant, quidam illud, quod habet flores cordiales, vt borraginis, buglossæ violarum, rosarum, rorismarini, &c.

Pulmenta, quæ in vsum veniunt.

BAP. XV.

PVlmentum (minestra dicitur Italis) fit ex spelta seu Zea, (vel bono quolibet frumento) milio, oryza, lentibus, in aqua priore maceratis, pane elixo, (qui panatella dicitur) iusculo cicerum rubrorum cum suo cortice, radice fœniculi, & apij hortensis seu selini, item ex ouis. Vtile demum est in pulmentis, edulijs, ferculis, iusculis, & multis id genus alijs vos vti herbulis, nimirum, selino hortensi, borragine, ruta hortensi, marrubio, hyssopo, scabiosa, scorzonera, & id genus alijs, quæ similem facultatem contra corruptionem obtinẽt, breuitatis gratia hic prætermittendæ, & aliundè petendæ.

De carne cum emolumento comedenda.

CAP. XVI.

QVicunque per cibos, & victus rationem, aduersus contagiosam corruptionem sese armare desiderat, is carnibus vitulorũ ablactatorum, hœdorũ, bonorum veruecum iuuenum, pullorum, auium campestrium, quæ inter alia volatilia multum commendãtur, vescatur. Adhæc in edulium conuerti possunt carnes iuuenci in campo pinguefacti, non in stabulo saginati, huiusmodi enim carnes generant humores phlegmaticos, & crassos. A carne suilla, bubula olim salita, &c. abstinendum est. Vide Gal. lib. 3. c. 2. de aliment. facult.

Pisces esitandi.

CAP. XVII.

PIsces sint minuti, & ex aqua salsa, aut ex lacu solum intra biduum capti, & à squamis, & interioribus benè repurgati, cum aceto assati, & ab assatione cum illo concinnati, & cum speciebus aromaticis, quas suprà descripsimus, *Cap. 13.* conditi. Vide Gal. lib. 3. c. 24. de aliment. facult.

De aqua qualitate.

CAP. XVIII.

AQuæ ad ciborum præparationem seligendæ sint fluuiales, vbi sabulum seu arena ad fundum demersa est, sint claræ, sint fontanæ, vel puteales, vel cisternales (quæ tamen, quando in mala aëris dispositione pluit, & quando per plumbeos canales delabuntur, haud omnibus approbantur.) In quibus aquis oua recẽtia, cum

cum speciebus suprà scriptis cõspergenda, possunt incoqui. Quæ tamen aqua, si oua cum sua testa, seu cortice fuerint incocta, ad omnem alium vsum erit inepta, vt coquorum manus, verrucis deformes; atq; rusticorum porci, immunditie satis odiosi, passim attestantur. Quæcunq; aquæ palustres, stagnales, ac lacustres sunt crassæ, graueolentes, decolores, & morbosæ: Hipp. lib. de aere, aquis, &c.

De fructibus in edulium admittendis.

CAP. XVIIII.

Sapore dulcia, pinguia & insipida in mensæ principio; sed acerba, austera, & acida in eius fione cõmendantur.

POterunt in vsum admitti fructus infrà scripti; poma dulcia, pruna, amarena, vuæ passæ, quæ in his malis commendatæ, & in alijs omnibus exhiberi tutò queunt: Cappares aceto cõditæ sunt vtilissimæ, & potissimùm in cœnæ principio, cum singularem quandam sanguinis purgandi facultatem possideant, si ijs paululum specierum suprà scriptarum, ac potissimũ hyberno tempore indatur. His oliuæ aceto conditæ succedere possunt. Cæpæ quoq; in edulum conuertuntur, & in pauca quantitate comeduntur. Nuces iuglandes maturæ, siccæ, minimè cariosæ; & amygdala dulcia vel cum suis putaminib. vel sine ijs, prout suadet aluus dura vel mollis, haud improbantur. Omnes propemodum alij fructus sunt hic suspecti, de quorũ delectu, Gal. lib. 2. de aliment. facult.

Plin. lib. 23. cap. 8.

Notatu dignum, quod in ientaculi principio vtilissimũ est comedere tria folia rutæ, duas ficus siccas (caricas vocant) & nucem vnam simul cum salis modico, sicuti testatur Auicennas:

quod est singulare quoddam contra pestem, & omne venenum, auxilium, & medicamentum: Ideòque quicunque metuunt corripi, quotidie debent illo ieiunè vti.

Sed paulò aliter Q. Serenus c. 61.

Bis denùm rutæ folium, salis & breue granum,
Iuglandesq; duas, totidem cum corpore ficus,
Exoriente die parco conspersa Lyæo,
Sumebat, metuens, dederat quæ pocula mater.

Et VVeck in sp. lib. 2. sect. 21. de Elect. contra venena & pestem.

℞ nucum iuglandium siccarum	vnc. vj.
Ficuum siccarum	vnc. iiij.
Fol. rutæ Hortensis siccor:	vnc. ß.
Salis communis	drach. ij.

Hæc omnia in minutas partes concisa, aquâ rosarum imbuantur; neque, vt quidam volunt, terantur. Aliqui hæc miscent succo acetosæ, aut aceto rosaceo. Nõnulli etiam addunt granorum iuniperi vnc. ß. Hoc antidotum, ieiuno stomacho sumatur ad quãtitatem nucis castaneæ. Estque aduersus omne venenum & pestem præseruatiuum.

De angelica odorata. CAP. XX.

℞ Radicum angelicæ odoratæ	drach. ß.
Theriacæ Andromachi	drach. j.

Temperẽtur in aqua stillatitia cardui bened. vel tormentillæ q. s. detur hoc morbo affectis: Et fac eos deinde sudare in lecto. Atque post sex horarum spacium ijsdem hinc exhibe tandundem. Et hac sola antidoto nonnulli sunt liberati, quemadmodum potest quoque sumi parum huius radicis à ieiuno, hora matutina: quod est probatũ in omni veneni genere. Dodon. 2. 5. 24.

De Coriandro.

CAP. XXI.

COriandri semina, in aceto macerata, deinde resiccata, & præsertim à cibo assumpta per se, vel cum saccharo confecta, vtilitatis, & auxilij multum conferunt, dum ventriculi humiditatem resiccant, & ciborum concoctionem promouent, teste Auic. 2.2.144.

℞ coriandror confect. quæ nimirum sint media ex parte saccharo tecta, & cooperta drach. ij
Vini odoriferi vnc. ij
Misce pro dosi vna.

Confert quoque assumere saccharum rosatum temporibus calidis.

Modus curand febrem pestilentem.

CAP. XXII.

MAgnæ, vehementes, acutæ, ac, vt aiunt, rigorosæ, profectò sunt hæ febres pestilentes, quæ quandoque cum tanto impetu personam insultantes inuadunt, vt illam per suum virus attractam & inquinatam, absque vlla mora, absque alicuius remedij expectatione, miserè laniatam interimant. Quapropter necessarium est, in hoc mortifero flagello Medicum adesse præsentissimum, & ad operationem promptissimum, qui è vestigio, quasi in momento, principalia (nimirum quibusdam ad methodum spectantibus nonnihil postpositis, ne dicam neglectis) auxiliorum remedia administret, quæ tantæ sint virtutis, efficaciæ, & vigoris, vt malum ipsum superantia citius interimant, quam cor ipsum offendatur, eiusque temperies lædatur

Qua de cauſa plurimum expedit, quàm primū ad magna antidota, hoc eſt, ad Theriacam, & Mythridatum, tanquam ad aſylum tutum, ne dicam ad ſacram ancoram, in huiuſmodi affectu confugere, & ex ijs drach j. aſſumere omni ſeptimana: Aeſtate quidem cum pauca aqua roſacea, vel cichoracea, hyeme verò cum pauco vino bono, & odorifero. Aut equidem aſſumatur cum ſucco roſarum, vel cum aqua citri, ſex horas ante cibum, ſtomacho ieiuno, & ab omni repletione libero, aluo non ſtyptica, &c. *Nota.*

Mythridatum verò in omni caſu debet potius & in maiori quantitate aſſumi, quam theriaca. Atque illud omni hebdomada aſſumendum eſt ad pondus drach. j. ieiuno ſtomacho, & ſuper ieiunandum per horas quinque.

Sed cùm inſuper hanc febrem ſemper comitatur malignitas, quæ directè cordis virtutem opprimit, velim vt in omni euacuatione medicamentis tum minoratiuis ſeu lenitiuis, tum eradicatiuis ſeu expurgatiuis addantur nonnulla, quæ cor confortent, ipſiuſque virtutem adaugeant, robuſtiorem reddant, atque prauam & occultam veneni qualitatem opprimāt, & cum omni vigore radicitus expugnent: Ex quo fiat, vt in euacuatione virtutem cordis retineamus, ſuſtentemus, & confirmemus.

In bile.

Minoratiuum igitur in hac febre peſtilente, quæ ex bilis ſeu choleræ putrefactione dependet, erit huiuſmodi: *Plin. lib. 37. ferè toto. Diſp. Colon. p. 29. VVeck. in ſp. lib. 1. ſ. ct. 6.*

℞ vnionum, ſeu margarit.
Hyacinthor. } an. drach. j
Smaragdor

Radicum valerianæ Buglossæ Borraginis	an. M. ß.
Corallior rubror Been albi, & rubri Serici crudi	an. drach. ß.

Hæc omnia benè contusa, & simul in linteo seu petia colligata infundantur & macerentur per noctem vnam, in aq. endiuiæ, buglossæ, tormentillæ, dictamni albi an. partibus æqual. Deinde bulliant vnâ solùm ebullitione: In hoc decocto dissoluantur.

Mannæ el:	vnc. ij.
Rhabarb opt.	drach. j. ß.
Spicæ	gr. vij.

Et fiat potio, quæ patienti detur in aurora, eo modo, quo alia medicamenta assumuntur.

In hac dicta potione plura notanda veniunt. 1, Lapides potius pulverisentur, & in fine decoctionis indantur: 2. flores buglossæ, & borraginis hic potius, videlicet cor i l s, quam radices aut herbæ sumantur: 3 Rhabarbarum in hoc decocto potius per aliquot horas infundatur: 4. deinde manna dissoluatur: 5. hæc potio pro dosi vna in corpore Germano videtur nimis magna: 6, cætera à fideli Pharmacopœo s. a. fiant.

Aut posset minui ingredientium materia, vt in sequenti medicamento.

℞ Mannæ el.	vnc. ij.
Elect è succo rosat:	drach. ij.
Rhabarb. opt.	drach. i. ß.

Infundatur rhabarb. s. a, in aq. endiuiæ & tormentillæ, cum modica aq. è spica, per horas decem

decem : deinde fiat fortis expressio: Et addatur.

Elect. Trypheræ Persicæ drach. 1. ß.

Misceantur, & f potio vna, & detur ægroto.

Cum verò fuerit materia illa pituitosa, morbi effectrix; quæ prædominatur in ipsa febre pestilente, non differatur in principio diminutio per ea medicamenta, quæ virtutem euacuandi in se habent; cuiusmodi est hoc: *In Phlegmate.*

℞ Agarici	scrup. iiij
Turbith puluerisati	drach. 1.
Zingiberis	an. gr. iij.
Salis fossilis, seu gemmæ	
Cassiæ recens ext:	drach. vj.

Infundatur agaricum in oxymelite simpl. cum suis correctiuis simul per horas decem: Deinde f fortis expressio: puluerisentur, & infundantur omnia, & Misc. simul. Et dissoluantur in suprà dicto decocto cordiali. Et f. potio.

Atque ita minorata materia, concoquantur ipsius reliquiæ: Qua in re detur infrà scriptus syrupus, donec signa concoctionis appareant. Itaque posterò inane detur infrà scriptus syrupus.

℞ Oxymelitis simpl.	an. vnc. 1. ß.
Syrupi de radicib. duab.	
decortic. citri.	
Aq. ex dictamno albo	an. vnc. 1.
Borragine	
Betonica	

Misce, fiat syrupus: Et aromatisetur, seu condiatur cum modico croci, & cinnamomi. Atque detur ægroto, in aurora.

Aut f. syrupus infrascriptus Magistralis.

℞ Beem albi & rubri
Ossis ex corde cerui
Margarit. perforatar.
Non perforat.
Boli Armenæ orient.
Myrobalanor Indor.
Citrinor.
Sem. citri } an. drach. ij

Pulueri sentur puluerisanda subtiliter, & simul misceantur, & bulliant cum aquæ borraginis, lupuli, dictamni albi an. vnc. iiij. ad consumpt. tertiæ part. aquæ: Deinde colentur, & collaturæ addantur succi ex grauatis dulcibus vnc. vj. Ac denuò bulliant simul, igne lento, ad vnam solũ ebullitionem: Et cum sacchari q. s. fiat syrupus, qui detur infirmo, hoc modo.

℞ syr. dicti vnc. j
aq. betonicæ
lupulor
Tormentillæ } an. vnc. j

Misce, & fiat syrupus pro dosi vna.

Quando iam signa & indicia concoctionis apparent, si constent virtus & ætas, detur medicamentum infrascriptum, semper cum periti Medici consilio. Ergo,

℞ Elect. dia catholic. vnc. ß.
Elect. Indi. drach. ij
Agarici opt. scr. iiij
Zingiberis
Salis gemmæ } an. gr. iij

Elect:

Elect: Trypheræ Persicæ } an. drach. j
Turbith gummati

Infundatur agaricum, veluti suprà: Pulueriſentur pulueriſanda: Et miſceantur ſimul: Deinde cum decocto cordiali ſuprà ſcripto f. potio, quæ detur eo modo, quo ſolent dari medicamenta.

Si demum in ipſo febris peſtilentis principio reperiatur abundantia materiæ melancholicæ, minoretur (minuatur inquam) ipſa quoque, & detur medicam. infrà ſcriptum. *In melancholia.*

℞ Elect: dia ſenna lenit. drach. vj
Confect. Hamech drach. ij
Caſſiæ recens extr: drach. iij

Miſce, & diſſoluantur cum aqua meliſſæ q. ſ. Et f. potio, quæ detur ægroto circa auroram.

Si deinde hic quædam materiæ melancholicæ, reliquiæ & portiones, cum virulenta, & maligna qualitate grauiſſimè cor infeſtante & opprimente, remanſerint, concoquantur cum ſyrupo infrà ſcripto.

℞ ſyr. ex pomis compoſ. } an. vnc. ß.
ex Lupulis
ex endiuia

Aq. Tormentillæ } an. vnc. j
Lupulor
Bugloſſæ

Miſce, & ſumatur in aurora, ſicut ſyr. alij.

Aut ſanè concoquatur ipſa materia reſidua videlicet melancholica cum ſyr. infrà ſcripto magiſtrali.

℞ epithymi } an. M. ß.
Thymi
Polypodij quercini
Comarum fumariæ

Cortic.citri
Radicum valerianæ
Buglossæ
Borraginis } an. vnc. ß
Been albi
rubri
Ligni aloes
Ossis ex corde cerui } an. drach. ij
Serici crudi
Limaturæ auri } an. drach. ß
Dispens. Col. f. 75. Fragmentor. preciosor. drach. iiij

Bulliant omnia s. a. in tanta quantitate aquæ ex tormentilla, quanta est necessaria, vsque ad consumpt. medietatis: Deinde his addantur:

Ellebori nigri drach j
Succi ex pomis dulc. vnc. iiij
Syr. ex fumaria vnc. iij

Denuò bulliant simul, igne lento, cum sacch. q. s. fiat syr. Et

℞ syr. huius vnc. iij
Aq. ex tormentilla vnc. ij
Ex radic. valerianæ vnc. j. ß

Misce, vt sumatur in aurora, sicut alia medicamenta. Atque hoc medicamento plurimas experientias sese fecisse testatur Excell. Victorius, vt apud illum videre est cap. 21. de febre pestil.

Ab astantibus, & ægroto inseruientibus diligentissimè obseruetur, & indefesso studio, atque industria semper aduigiletur, vt in omni febris pestilentis ardore, ac in quacunque alterius generis febre, ægroti lingua iterum, atque iterum repurgetur cum quodam calamo, seu bacillo, in modum annuli incuruato, cum manubrio, qui sit in aceto emollitus. Hoc inquam infirmi

firmi lingua clementer emundetur, & abstergatur: Necnon conuenienti quodam humido à squallore ipsa defendatur.

℞	Hordei à paleis repurgati	vnc. iiij
	Aquæ fontis, leuis	lib. vj
	Corinthiacar. in vino macerat.	vnc. ij
	Sem. 4. frigid. maiorum	an. drach. ij
	Sem. coriandri	
	Cinnamomi	

Hordeum anteà repurgatum & lotum, infundatur per horas sex: deinde fiat s. a. decoctio, qua vtatur infirmus pro oris collutione, & si velit pro potu.

Aluus quotidie vel natura, vel clystere iniecto obediat.

Cordialia simplicia & composita potissimùm frigida, continuè administranda: De quibus Auicenna lib. pro prio. & passim alij.

Elect. pro corde calida & frigida contra venena & pesté describit VVeck. in sp. li. 2. sect. 21.

Odorabilia pro cerebro confortando: de quibus infrà.

Modus & ratio carbonem attrahēdi & maturandi.

CAP. XXIII.

IN hac peste, & febre pestilente exorta sæpenumerò apostemata, veluti carbunculi, seu, vt nunc volumus dicere, glandulæ, seu glandes vstæ, superueniunt. Quorum apostematum curatio est, vt omnium primùm opera & industria adhibeatur, vt materia illa maligna, & venenosa à centro & corde veniat, & attrahatur ad superficiem, & eundem, in quo carbunculus, locum, quæ nunc attracta per apostematis apertionē leuetur, & remoueatur, sicuti iamiam dicetur.

1 Primus modus materiam à centro seu corde ad superficiem seu cutem attrahendi est hic:

℞ gallum gallinaceum, iuuenem, adhuc virginem, cuius plumæ sub ventre versus nates extrahantur, atque ita viuus partim implumis, secundum partem illam implumem carbunculo, vel etiam buboni, applicetur, & illic detineatur applicatus, donec moriatur. Ita enim videbitur hoc apostema aperire, & multum materiæ à partibus intrinsecis ad extrinsecas attrahere. Si verò pulli gallinacei non possint haberi, iam pipiones, columbi, & aues factæ implumes præstabunt eundem effectum. Mortuo verò, & profundè sepulto primò gallo, sumatur secundus, quo mortuo, & sepulto (ne ab eo inficiatur aer, & locus ambiens) tertius; atque ita deinceps, donec tandem, omni veneno iam extracto, nullus amplius moriatur.

2 Secundus materiæ attrahendæ modus est, vt nouos iterum, atque iterum gallos vel pipiones capiamus, eosque secundum longitudinem dissecemus, & super partium vnam imponamus Andromachi theriacam magnam, & optimam, illamque super hoc apostema applicemus. Hoc quidem videbitur auxilium & iuuamentum ad materiam ab interno ad externum attrahēdam præstantissimum: Et ratione theriacæ malignos pestis dolores mitigabit.

3 Tertius verò modus est per linimentum infrà scriptum, quo iteratis vicibus frequenter apostema inungendum est: Et hoc in materia pestifera à centro per apostematis locum extra corpus attrahenda, est auxilium optimum, & expertum.

℞ succi apij, seu selini
scabiosæ
consolidæ minoris, seu brunellæ
acetosellæ
asclepiadis, seu hirundinariæ
rutæ hortensis
pomorum granator.
} an. vn. iiij

Misceãtur, & cum vitellis ouorum q. s, fiat s. a. linimẽtum cum cera noua pauca: Ex hoc q. s. extendatur super petiam seu linteum: quod super dictum apostema, vbi prius cum eodem limẽto fuerit inunctum, applicetur.

Quartus est, vt super apostema affigatur cucurbitula vel scarificata, vel ventosa magna, qua mediante apostema extrinsecè non multum accrescet: quo facto multa materia extrorsum educetur. Ac deinde subitò cum Lanceola (lanzettam vocant Itali) vel scalpello incidatur totum apostema, & perforetur, aut in circuitu à parte sana separetur, aut illi indatur ignis quadam virga, seu instrumento aureo, ignito, in locis tribus vel quatuor, in eum finem, vt materia facilius foras egrediatur, & membrũ à noxa subleuetur, & corroboretur. Deinde post vulnus ab igne inustum statim applicetur illi emplastrum infrà scriptum.

℞ malorum punicor. seu granator. in portiones quatuor incisorum numero decem, bulliant tamdiu in aceto fortissimo, donec emollita liquefiant: deinde colentur, & colaturæ addantur
Succi ex brunella, seu consol. minore
ex aceto sella
ex apio seu selino
} an. vn. iij
Theriacæ magnæ vnc. ß.

Misce

Misce, & f. emplastrum, & administretur, vt dictum est. Si verò infirmus breui temporis interuallo non conualescat, relinquatur Medicorum ministris & Chirurgis, qui fideliter instituti non desistant operari.

Quintus & vltimus est, vt capiatur hoc emplastrum attractiuum, & maturatiuum, & applicetur secundum locum & tempus.

℞ vitellor. ouorum recent. nu. iiij
salis ad pondus ouorum.

Et cum succo scabiosæ, q. s. incorporentur, ac extendantur super petias, quæ ad singulas medias horas renouentur: idque per horas quinque continuetur: Deinde excorietur locus puncturæ seu glandulæ vstæ cum nouacula seu rasorio, aut applicentur hirudines, vulgò sanguisugæ.

Quod si ad hunc dictum modum facere, & operari non possimus, iam super ipsum malum imponemus cauterium ignitum, quemadmodũ paulò suprà quoque monuimus.

Quod si quis vel Medicus, vel ægrotus tantũ animi, vt cauterium illud administretur, non habeat, fiat vesicatorium, vulgò ruptorium infrà scriptum.

℞ vitrioli Romani }
Arsenici } an. q. s.
Calcis viuæ puluerisatæ }

Incorporentur cum fermenti q. s. Et cum croco pauco: Ac totum hoc vesicatorium in linteo seu petia ad vnius ducati aurei rotunditatem extensum imponatur in medio partis ita malè affectæ: Et super ipsam petiam carbunculo impositam, emplastrum infrà scriptũ in maiori & latiori petia seu panno lineo extensum superimpona-

ponatur.

℞ foliorum maluæ } an. M. j.
radic. althææ }

Decoquantur vna, & in mortario bene pistentur, seu pistillo contundantur, quibus deinde addantur.

Butyri recentis insulsi } an. vnc. j. ß
Adipis seu axungiæ porci }
Olei lilior. albor. vnc. ß
Vitellor. ouorum nu. iij
Croci orient. scr. ij

Misce, & fiat s. a. emplastrum, quod extensum, vt modo dictum est, superimponatur malo, quod per auxilium Domini Dei curabitur, qui virtutem, robur, & fortitudinem ipsis indit medicamentis, & eandem, quotiescunque suæ diuinæ placet maiestati, potest eximere, & auferre. Vsqueadeò vt non ponamus absolutè spem salutis corporeæ in ipsis remedijs, seu medicamẽtis naturalibus, sed primùm in domino Deo, qui ad hominis vsum & ministerium creauit omnia. *Genes. cap. 1. & 2. Eccles. c. 38. & passim.*

Vesicantia pro petechijs, & alijs malis conficienda.
CAP. XXIV.

QVandoquidem multæ admodum experientiæ sese passim offerunt in diuersis morborum affectibus, & particulatim in exanthematibus, efflorescentijs, & petechijs, in quibus Medicorum alij vesicantia, (vesicatoria, & ruptoria vocant) administrarunt, suosque infirmos liberarunt, & persanarunt, alij alia contrà, qui illa negligentes non adhibuerunt, suos infirmos ad optatam sanitatẽ haud reduxerunt. Ideo à multis M-

Medicis tam antiquis, quàm modernis experientia facta est tanquam per ignem vel per modum ventosarum, vel per modum excoriationis, seu scarificationis administratum. Verùm hoc quod fieri potest vesicatorium, erit securissimum.

Hoc vesicatorium paulò aliter conficit & applicat Hieron. Capiuac. lib. 6. c. vlt. Dod. 3.3.16.

℞ cantharid. præp. vnc. ß.
Fermenti vnc. iiij
Caricarum nu. iiij
Sem. sinapios pistillo contusi vnc. j

Misce, & cum aceto forti fac pastã seu massam, de qua illuc secundum Medici iudiciũ, & voluntatẽ applicetur. Poteris etiam sumere herbam (quã flammulã vocant) & ipsam pistillo contundere, atq; ita contusam aplicare in internis coxarum seu fęmorum partibus, digitos quatuor supra genua, atq; etiam in internis crurũ partibus longè ab alijs vertebris, idque propter quantitatem musculorum, qui in ijs inueniuntur partibus.

Eapropter est animaduertendum, ne hoc vesicatorium infirmo applicetur vltra horas quatuor, vel quinque circiter. Et statim post ablatũ hoc medicamentum super cicatricem imponetur emplastrum ex caulibus, seu brassicis cum butyro contusis factum: idque fiet per dies circiter octo: Et postea sumetur vnguentum ex minio, & extendetur super petiam, & applicabitur in eo loco, vti vesicatorium illud fuerat appositum: quod subitò infirmum resanabit.

Vnguentum albũ ex minio. Florent. VVeck in sp. li. 2. sect. 28.

Quomodo fiant & applicentur epithemata cordialia, & capitalia.

CAP. XXV.

ERror profectò grauissimus mihi committi videretur, si in hoc quantumlibet exiguo tractatu non demonstrē modū pro corde, & cerebro conficiendi epithemata, (irrigationes, seu irrorationes) cum hæc tanti momenti, vt tā necessaria ad impediendum & prohibendum huius improbi affectus occursum, & insultum: necessaria inquam ad hæc membra principalia præmunienda ac defendenda, quæ primùm per putridos humores, qui ad ipsa concurrunt, inficiuntur. Primùm itaque

℞ Theriacæ Andromachi antiquæ vnc.ij
Boli Armenæ orient. drach.ij
Camphoræ scr.j
Aceti fortissimi vnc.iij

Misce hæc omnia, & ponantur in panno seu petia serici purpurei, vel rubri, & cordis regioni applicentur, & ad singulas tres horas renouentur.

Verùm oportet animaduertere, quod si febris inuadat, quando æstus vehemens, & magnus est, tunc minuendum est pondus Theriacæ ad vnc.j. Et adduntur

Sandolor: albor:
rubror:
Gummi orient: seu carabes
Coriandri præp: } an. drach.j

Aq. rosarum
Aceti fortis } an. vnc.ij

Et fiat cum hac mistura, sicut modò dictum est.

Secundum epithema pro corde miraculosum, & expertum.

℞ sandalor: rubr:
albor:

Ossis ex corde cerui } an.drach.ij
Been albi
rubri

Cortic.citri } an.vnc.ß
Limonum

Camphoræ } an.gr.v
Croci orient.

Vini albi odoriferi } an.vnc.iij
Aceti rosac.fortiss.

Aq.Borraginis } an.vnc. iiij
Tormentillæ
Cichoreæ
Rosar.

Puluerisatis ijs, quæ sunt puluerisanda, bulliant omnia simul ad vnam ebullitionem: Et deinde fiat epithema pro corde cum panno serico purpureo (scarlatum appellant) si haberi potest, & ipsi cordi iterum atque iterum applicetur. Hoc etenim per suam benignitatem, & temperaturam cordis vires erigit & corroborat, necnon omne venenum, quod erat promptum inuadere cor præcipuum corporis nostri membrum, eijcit, & propulsat.

3 Tertium epithema ad afflictam corporis virtutem restaurandam, & ad putredinem resoluẽdam, atque ad expellendos fumos improbos, & vnnenosos, qui in cor nostrum, tanquam arcem fortissimam, in qua principe residet vita nostra, insolenter insultant:

℞ Theriacæ magnæ Andromechi vnc.j

Succi acetosæ } an.vnc.ß
Citri
Limonum

Coral-

Corallor. rubr. } an. drach. ij
Sem. rosſ. rubr. }
Camphoræ }
Croci orient. } an. ſcr. ß
Cinnamomi }

Miſceantur omnia ſimul, & ſ. a. fiat vnguentum cum pauca cera. Quo inungatur veſpere, & manè tota illa regio ſuprà, & circa cordis locum, ſuprà quam inunctionem collocetur portio, ſeu petia linamenti ſerici Carmeſini, vel cremeſini, (fortaſſe Cremonenſis) Hoc præſentiſſimum habetur remedium, & ſingulare quoddam auxiliũ ad confortandam cordis virtutem, atque ad ipſum à peſte præſeruandum, & præcuſtodiendum. *Dodon. 6. 4. 4. de ilice et cocco.*

Et quum ita fiat, vt in his morbis peſtilentibus cor ſuam acquiſitam malignitatem ipſi cerebro per conſenſum communicet, proinde ipſum in his malis debet præmuniri, & corroborari, vt robuſtius ad repellendum, aut foras eijciendũ id, quod noxium eſt, reddatur.

Quartum & vltimum epithema pro cerebro: quæ pars corporis nobiliſſima confortatur cum aromaticis, & odoriferis, ſicuti aqua roſacea, cũ qua ſit permixta parua camphorę quantitas ponduſque: qua bene permixta irrigentur tempora, nares, frons, aures, &c. Veruntamen hic aliud in mentem venit remedium ad caput confortandum magis oportunum, quod eſt hoc ſubſcriptum.

℞ portionem, ſeu pætiam linamenti albi, (id eſt, telæ albæ) & eam tinge ſeu imbue in mixtura infrà ſcripta, atque cerebro vel fronti apud commiſſuram coronalem impone.

℞ aq. rosaceæ vnc.ij
Olei rosac: completi vnc.j
Aceti fortiss: vnc.j.ß
Camphoræ scr.j
Sandalor: albor: drach.ß
Misce, & operare, sicuti modò dictum est:
Quod infirmo iuuatiuum erit longè pręstantissimum.

Oleum ad inungendum pulsus, caput, & cor tum in sanis, tum in agris.

CAP. XXVI.

℞ Cortic: citri minutim incisorum drach.iij
Sandalor: citrinor: drach.ij
Beem albi, rubri } an. drach.ß
Theriacæ antiquæ vnc.j
Bulliant in olei rosacei completi q. s.
Et in aceto pauco:
Deinde coletur, & colatura seruetur in ampulla, ad vsum pro sanis, & ægrotis.

Oleum salubre seu medicatiuum è scorpionibus, ad inungeudum, quando quis sese sentit infirmum.

CAP. XXVII.

℞ Olei ex oliuis antiquissimi lib.j
Scorpionum nu.100:
Et foco simul apponantur, & bulliant, lento igne, donec scorpiones exiccentur: posteà, abiectis ipsis scorpionibus, indatur:
Theriacæ antiquæ, Rhabarbari el: } an. vnc.j

Et

Et auferantur ab igne: Misceantur, & omnia simul bene agitentur, donec refrixerint: deinde colentur, & ad vsum reseruentur. Atque cum hac mixtura, seu oleo inungatur cordis regio circumcirca. Sed diligenter animaduertatur, ne os nasus, & alia loca perforata cum præsente periculo attingãtur. Deinde obseruetur, vt hęc mixtura fiat cum bacillo longiore: Ita vt is, qui miscet, auersus stet à furno, ne caput ipsius offendatur. Atque oleo sic facto, scorpiones abijciantur, quocunque necessarium.

Remedium ex cepa.

Nolo hic deficere in asscribendo remedio ex cepa (vel allio) facto, longè optimo, & præstãtissimo, Ergo accipies cepam albam aut quamcunque, quàm excauabis, seu in qua facies foramen, quod Theriaca, vel Mythridato, & succo citri pauco adimplebis: atque ita ipsam sub cineribus coques: Postea bene coctam excorticabis, & inde succum extrahes, eumque adhuc calidum ebibes. Hæc res est multum approbata: Authore Alexio Pedemontano, lib. 1, p. 113.

Vnguentum lenitiuum, & somniferum pro pulsibus & corde.

CAP. XXVIII.

℞ Theriacæ antiquæ	drach. ij
Vnguenti de nymphæa citrini	vnc. ß
Croci orient.	scr. ß

Cum succo limonum q. s. fiat linimentum:

(*De hoc ex nymphæa vnguento Medici Florent. & VVeck. ℞. in lib. 2. sect. 28.*

Confectia pro infirmo confortando.

CAP. XXIX.

℞ Conseruæ borraginis
Rosar.
Buglossæ } an. vnc. ij

Hyacinthi
Smaragdi
Sapphciri
Cryltalli
Corallor, albor.
Sem. acetosæ
Citri
Portulacæ } an drach. ß

Limaturæ auri & argenti scr. j

Hæc omnia incorporentur cum syr. limonum, aut cum aqua rosar. Et ex hac confectione detur infirmo ad suum placitum.

Confectio pro refocillando.

Medici Coloniens, p. 128. ℞ manus Christi perlatæ quantum velis, & de hoc detur infirmo ad suum placitum:
Aut sacchari violati.
Aut citri conditi.

Ne scilicet labascat, & succumbat virtus, velut in hoc affectu solet.

Præter hæc omnia præscripta medicamenta, & alias multas prouisiones, & defensiones hactenus enarratas, mihi adhuc superest aliud remedium longè præstantissimũ, & ad refocillandos tũ ægrotos, tum sanos expertissimum. Ergo:

℞ Radicum vrticæ fœtidę vnc. j. ß
Croci orient. drach. ij
Sem. erucæ
Radicum angelicæ
pimpinellæ } an. vnc. ß

Misce,

Misce, & fiat puluis subtilissimus: Et huic s.a. in-dantur.

Theriacæ Andromachi vnc. iij

Ex hoc puluere assumatur singulo & summo manè scr. j. Et hoc est preciosissimum, quod inueniri potest, remedium, multoties ab excellentissimo Prospero Burgaruccio Medico probatũ.

Odoramentum.

Odores continuẽtur ex aceto rosaceo, & modica camphoræ, & sandalorũ portione: Aut continuetur pomum, seu pila beue odorifera in manu gestata, sicuti hic infrà asscribetur c. 31. & 32.

Antequam enim ad finem huius mei tractatus perueniam, nolo deesse vobis in ostendendo modum conficiendi has pilas, & has spongias odoratas, expertas, & vsitatiores.

Fumi odorati factitij.

CAP. XXX.

QVando cõspicitur hic affectus vlterius proserpere, & augmentum sumere, necessariũ erit omnem totius domus, & habitationis aërem exiccare cum incensis ignium flammis, ex ligno bene odorifero factis, ex re suaui, laudabili, & confortante, vtpotè ex ligno aloës, ambra, thure, styrace calamita, mastiche, croco, corticibus citri, limonum, aurantiorum, schœnianthou, an. ad partes æquales. Et misceantur omnia simul: Atque portio quædam parua ex hac mixtura inijciatur singulo manè in ignem ex iunipero, lauro, vel cupresso factum, idque per totam habitationem.

Expurgata iam domo, ac vniuersa habita-

tione lauetur facies cum aceto (seu potius posca, hoc est, vitro vno aceti, & vitris duobus aquę fontis, vel putei simul permistis) aqua rosarum, aqua myrti, aqua citri, tempore potissimum æstiuo.

Poterunt quoque vestes imbui fumo ex mixturis suprà dictis excitato ad corruptum aerem, qui in illis latuerit abditus, corrigendum, & exiccandum.

Tempore verò hyemali fiant lotiones, & fumi, seu suffitus, in quorum vsum adhibeantur, aqua rosar. vinum maluaticum, portiuncula camphoræ, ad lauandam faciem & manus. Deinde

℞ Thuris
Ladani
Balanorum — an. partes ęquales.
Styracis calam.
Corticum citri

Puluerisentur omnia, atque de ijs parum ponatur in igne super batulum (palettam vocant Itali) incenso, ac fumus & suffitus exciteтur.

Hoc eodem tempore fiant ignes ex cupresso, roremarino, iunipero, fraxino, lauro, &c. tam in ciborum præparatione, seu coctione, quàm etiã extra illam in sana domesticorum custodia.

Pomum odoratum continuè in manu tempore æstatis gestandum.

CAP. XXXI.

℞ Succi de acido citri
Limonum — an. drach. j. ß
Caryophyllor:
Cinamomi

Nucis

Nucis moſchatæ
Macis electi
Folij
Ligni aloes
Sandalor: albor:
rubrorum } an. ſcr. iiij

Ambræ gryſeæ
Moſchi ſinceri
Ladani ſinceri } an. ſcr. j

Miſce, & pulueriſentur pulueriſanda, & miſceantur ſimul omnia, & ducantur, atque incorporentur cum piſtillo calido, & cum exigua aquæ roſaceæ portione: Et ſ. a. fiant pilæ ſeu poma, circlter molem nucis iuglandis, ſeu pilæ paruæ palmariæ.

Ambra citrina, ambar, ambarum, carabe, ſuccinum, & electrum ſunt ferè ſynonyma, & æquipollentia: ſed ambra gryſea ſeu odorata longè eſt precioſior: Medici Colon. p. 55. & Freck. in ſp. lib. 1. ſect. 7.

Secundum pomum odoratum 2

℞ Ladani ſinceri ſeu electi
Styracis calamitæ } an. drach. ij

Sandalor: alborum
Boli Armenæ orient.
Ligni aloes
Corticum citri } an. drach. ß

Croci orient:
Moſchi odorati } an. ſcr. ß

Ambræ gryſeæ
Camphoræ } an ſcr. ß

Miſce, & cum aqua roſar: q. ſ. fiant ſ. a. pilæ ſeu poma: nimirum maiora vel minora ſecundum loculos emptoris.

Tertium pomum odoriferum.

3 ℞ Ladani electi vnc.ß.
Styraci calam. vnc.iij
Ligni aloës drach.ß.
Myrrhæ el.
Caryophyllor.
Rosarum rub. } an.drach.ij
Moschi odorati
Ambræ gryseæ } an.gr.iiij.vel vj.
Succi valerianæ vnc.j.
Misce, & s. a. fiant poma cũ pauca succi ex buglossa, vel melissa extracti portione.

4 Quartum pomum pro tempore hyemis.
℞ Styracis calam. drach.ij
Ladani el. drach.iij
Spicæ nardi
Gallæ moschatæ
Corticum citri
Calami aromatici
Moschi
Croci orient. } an.drach.ß.
Misce, & cum aqua florum citri s. a. fiant pilæ seu poma.

5 Quintum pomum odoriferum.
℞ Balsami Arabici liquidi vnc.ß.
Ladani el.
Styracis calam. } an.drach.iij
Moschi odor.
Ambræ gr. } an.gr.v.
Ligni aloës scr.iiij
Rosar rubrarum vnc.ß.
Misce, & cum aqua florum citri s. a. fiant pilæ, quæ tempore hyemali magnis principibus, & prælatis inseruiant sumptuum gratia.

Spongiæ odoriferæ in manu tempore æstiuo gestãdæ.

CAP. XXXII.

℞ Pilas quasdam ex ligno cupressi, vel iuniperi tum excauatas, tum multifariam perforatas, & ad hunc vsum accommodatas; quibus aliquam spongię nouæ in decocto infrà scripto intinctę, & imbutæ portiunculam infere, & include; quę spongiosæ pilæ in manu gestatæ tibi inseruient loco pomorum odoratorum.

℞ Aquæ rosar.
Aceti fortiss.
Sandalor. rub.
Croci orient.

Singulorum quantum ad operationem videbitur sufficere: Et fac vt bulliant: ac deinde spongiam tuam intinctam imbue: atq; in pila in modum adcuculę seu scatulę facta include, vt inde uersus graueolentem aëris fœtorem tibi, tuisq; naribus inseruiat.

Spongia pro hyeme.

℞ Aceti rosar / Viui maluatici } an. vnc. ij
Caryophyllorum / Croci orient. } an. drach. ß.
Moschi odorati / Ligni aloës } an. scr. j

Misce, & bulliant vna ebullitione, & fiat vt suprà. Eodem etiam modo.

℞ Aceti rosati fortis vnc. iij
Styracis liquidi scr. ß.
Sandalor rub. scr. ij
Moschi odor. scr. ß.
Aquæ tormentillæ vnc. ij

Dissoluan-

Diſſoluatur primùm ſtyrax in aceto: deinde ſ.a. miſce, lento igne, & tibi inſeruiat, vt modo dictum eſt. Sunt hæc omnia per experientiam probata.

Sacculus (amuletum vocant) ſuper cor geſtandus.

CAP. XXXIII.

1 ℞ Pul. roſar. rubrar.
Dodo. 1. 1. 8. Sandalor. rub.
Corallorum rub.
Spodij
Carabes, ſeu electri
Oſſis ex corde cerui } an. drach. j
Camphoræ
Croci orient.
Ambræ gryſ. } an. gr. iij
Ligni aloës
Caryophyllor } an. ſcr. ij

Miſce omnia, & concinna in panno ſerico coc-
Dod. 6. 4. 4. cineo, (ſeu granis, & coccis Indicis tincto) ad formã cordis, & ſuper cordis regionẽ geſtetur.

Sacculus ſecundus cordi applicandus.

℞ Florum nymphææ
Bugloſſæ
Roſarum rub. } an. drach. iij
Ligni aloes
Corticum citri
Sem. baſilici } an. drach. j
Fol. dictamni
Zedoariæ
Cyperi
Baccar. iuniperi } an. ſcr. ß.
Croci orient. gr. iij
Fragmentor. precioſor. drach. ß

Ambræ

Ambræ gryſeæ } an.gr.ij
Moſchi odoratti }

Miſce, & in ſacculo ex panno ſerico, coccineo, ſeu carmeſino concinnetur, vt ſuprà.

Tertius ſacculus, amuletum, ſeu periammatum manifeſtè, tum occulte iuuans. 3

℞ Ladani el. } an.drac.j
Styracis calam: }
Caryophyllor. drach.ß
Camphoræ }
Nardi } an.gr.vij
Nucis moſchatæ }

Hieron. Capiuac. lib. 6. cap. 30.

Omnia in puluerem ſubtilem contuſa & permiſta ex aqua roſar. in qua tragacanthum & gũmi Arabic. maduerint, addito arſenico q.ſ. redigantur in amuleta ij. vel iij. ad formam cordis in ſerico purpureo vel rubro à collo contra peſtem imminentem geſtanda, &c.

Vnguentum pro cordis regione.

℞ Theriacæ Andromachi drach.iij
Terræ Lemniæ }
Sandalor. rub. } an.drach.j
Aceti roſati }

Cum aqua roſar. q.ſ. fiat ad modum, & conſiſtẽtiam vnguenti, & vngatur cordis regio.

Aqua, quæ cerebrum, & cor confortat, ad cuiuſque placitum bibenda.

℞ aq. endiuiæ }
nymphææ } an.vnc.vj
acetoſæ }
Vini ex malis granatis vnc.viij
Aceti fortis vnc.ij
Sacchari puriſſ. vnc.j.ß

Miſce, & de illa detur infirmo ad ſatietatem.

Ad prouocandum sudorem.

CAP. XXXIIII.

POssunt etiam, quando quis ab huiusmodi ægritudine sese offensum persentit, prouocari sudores cum radice farfaræ maioris,* epoto eius succo ad pondus vnc. iiij. cum

Intelligitur aut bechium, aut petasites: Dodon: 4, 5, 19, & 20.

Theriacæ antiquæ drach. j

Et coopertus cum pannis lineis vt sudet, ad ignē calefactis in lecto quiescat; & illis frequenter abstergatur.

℞ quoque, si placet, oleum vitrioli, ebibe cum vino aut decocto hordei ac deinde suda. Verùm in hoc oleo bibendo prudentia opus est; quia huius non cyathi integri, sed guttę bibuntur.

Adhæc etiā, ruta capraria* quotidiè in puluere, vel in decocto assumpta; vel succus huius epotus ad pōdus vnc. iij. cum theriaca ad drach. j. eundem præstabit effectum.

Galega intelligitur cū Excell. Aemilio Campilongo Medico Patauino.

Præterea bibat aquam ex floribus malorum aurantior: limonum cum pauca quadam sem: sinapios contusorum portione; & in lecto coopertus sudet.

Quidam Empiricus nonnullas cāphoræ guttas cum medic. cordialibus miraculosè suis patientibus exhibet; & sudorem excitat. Demùm ℞ Ficus maturas, & amygdala, & assume: deinde superbibe aquam cinnamomi stillatitiam ad vnc. iij. Quòd est miraculosum.

Quidam aquam theriacalem hic probant.

In tumoribus de peste suspectis, quo quisque modo se gerat.

CAP. XXXV.

Cum hactenus in superioribus capitulis rectam

ctam sese à peste, ab anthrace, seu glãde vsta, ab exanthematibus seu petechijs, & ab alijs malis, liberandi, curandique viam & modũ descripserim; nolo iam intermittere, quin multa salutifera, & omni Christiano vtilissima subijciam.

Primùm, ex omni loco infecto, & pestilente egrediatur sanus ad locum aliquem remotum, & redeat tardè: exemplo sumpto à quibusdam auibus, quæ alias nunquã, nisi metus incutiatur, à suis nidulis discedere & auolare audent. Hinc Nicolaus Asclepius:

Hæc tria mortiferam pellunt aduerbia pestem,
Mox, longè, & tardè, cede, recede, redi.

Alius ex sententia Laur. Iouberti c. 10. de peste.

Tu subitò, cautè, longè proficiscere, tardè:
Quatuor hæc à te spicula pestis agunt.

Induatur sanus vestibus pulchris, mundis, lotis non cum infectorum veste, resiccatis aut factis, aut emptis non in domo suspecta: & fumo odorifero suprà scripto suffitis, & quãdoq; mutatis.

Pro detentione in ore, tempore æstiuo.

℞ Corticum limonum, vel citri, vel eorum semina, aut mastichen electam, atque in ore domum exiturus detine.

Pro tempore brumali.

℞ Zedoariam, vel calamum aromaticum, vel carlinam, vel carduũ bened. vel cinnamomum, vel caryophylla, vel macem, & mande seu mastica, manè, ieiuno stomacho, vel in ore solum detine.

Alij maiore cum vtilitate dictos cortices, *Zedoariam*, &c. per noctẽ vnam in aceto calendulato, sambucino, vel rosaceo macerant, atq;, vt dictum est, in ore quocunq; exiuerint, detinent.

Secundò

Secundò corpus vacuet, & purget, quicunque ſanus permanere deſiderat, in æſtate.

℞ flor. caſſiæ rec. extract. vnc. j
Tamar Indor. draah. ij
ſem. aniſor. drabh. j. vel ij

Miſce, cum ſaccharo fiant boli, & cum pauco iuleb aſſumat: Manè per dies iij. vel iiij : ac etiam oxymelite cochlearia ij vel iij. & ſyrupi limonum cochlear vnum, quæ putredini reſiſtunt.

In tempore epidemio (fortaſſe verno.)

℞ flor. caſſ. rec. ext. vnc. iiij, vel
Mannæ el. vnc. iij, vel
Tamar. Ind. } an. draah. v
Conſ. violar. }

Aſſumatur manè, per dies quatuor vel quinque cum oxymelite ſcillitico, & ſyr. ex corticibus citri aromatiſato, ad cochlearia duo, qualibet vice.

Purgatur etiam in autumno & hyeme cum his pillulis ſequentibus.

℞ pill. ex hiera cum agarico ſcr. iiij

Hæ cuicunque ætati conueniunt, ſumptæ, vt aliæ ſolent.

Sed nunquam eſt recedendum ab his pillulis quoſcunque indubitatè à peſte tum præſeruantibus tum liberantibus, in omni totius anni tẽpore aſſumendis, primùm à Ruffo Epheſio Medico excellentiſſimo repertis: deinde à viris expertiſſimis per aſſiduam experientiam, & emolumentum poſteritati probatis, ac traditis.

℞ aloes lotæ in aq. endiuiæ drach. ij
Myrrhæ el: draah. j
Croci orient. drach ß

Miſce, & formentur pillulæ, cum ſyr. de acido citri,

citri,&c. vel cum vino oderifero; vel (nimirum pro ijs, qui hebar calidum, & imflammatum habent) cum aqua rosarum; vel cum vino ex malis granatis: formentur inquam pill. xxxvj. vel in formam ciceris: Et assumatur pill. vna, quando vespere cubitum itur; hoc est, per horas duas aut tres post cœnam parcè sumptam; idque diebus alternis in tẽpore de peste suspecto: Extra quod tempus sufficit qualibet septimana pill. vnam ex his assumere.

Verùm Alexander Massaria, professor Patauinus, meus nuper Præceptor, in Tractatu de ratione purgandi cùm Paulo Aegin. lib. 7. c. 4. nõ vespere, sed manè, aloen & purgantia suis patientibus exhibet. Vtut sit, hæ pill. multum è Græcis, Arabibus, Italis, Gallis, & Medicis, passim celebrantur.

Sunt quandoque ægri, qui à pill. abhorrẽtes, Elect. malunt.

℞ Pul. aloës hepat: drach. ij.
Pul. myrrhæ
Cardui bened.
Rutæ hortensis
Baccar: iuniperi
Angelicæ
Scorzoneræ
Pimpinellæ
Tormentillæ
Petasitis
Galegæ, seu rutæ caprar. } an. drach. j.
Croci orient. drach. ß.

Misce cum syr. ex acido citri q. s. fiat Elect. Dosis drach. ij. singulo manè, &c.

Præseruatiuũ contra pestẽ efficacissimũ, quod in Anglia tẽpore magnæ illius pestis, anni 1348. (vt tradunt historici) ab omnibus Medicis fuit

celebratũ. Nam oẽs qui hoc vsi sunt, euaserunt.

Alexius Pedemon. li. 1.

℞ Aloës hepat.
Myrrhæ el.
Cinnamomi } sing. drach. iij.
Caryophyllor:
Macis
Ligni aloës
Masticches
Boli Armenæ } sing. vnc. ß.
Croci orient. scr. j.

Misce, & f. puluis subtiliss. de quo drach. j. sumatur singulo manè cum vino albo, &c. hic pul. facile in pill. vel Elect. redigetur, addito syr. de acido citri. q. s. ad consistentiam.

Tertiò quando quis sese ab hoc malo iam ictum persentit:

℞ pul. boli Armenæ drach. j.
Aq. rosar, vel vini albi q. s.

Misce, & bibe: Aut,

℞ Theriacæ antiquæ (nimirũ annorũ 4.) drac. j.
Vini maluatici vel generosi parum.

Misce, & bibe: Aut

℞ Pul. radicum tormentillę scr. j.
Croci orient. scr. ß.
Aq. ex florib. citri parum

Misce & bibe.

Administratur quoque semel vel bis in septimana, tempore intensè calidò

Mythridati drach j. pro dosi vna:

Et tẽpore hyemaliter vel quatuor in septimana

Nonnulli sic:

℞ Mythridati
Elect. dia scordiu } an. drach j.
Terræ Silesiacæ drach. ß. vel drach. j.

Misce

Misce, cum aq. endiuiæ, cardui bened. vino, albo, vel iusculo f. haustus.

De prauis Lolij effectis, & ipsorum remedijs.

CAP. XXXVI.

CVM equidem mecum considerem effecta ista improba, à mala & venenosa, lolij seu Zizanij qualitate dependentia, quæ his tam calamitosis temporibus inter pauperes, qui panē ab huius lolij malignitate infectū comedere præfame tenentur, passim sæuiunt: censeo, iudicoque non solum vtile, sed etiam necessarium pro bono publico subiungere quædā contra hoc venenum remedia: Quod quanquam fuerit extra materiam initio de peste susceptā: Tamen de eo hic obiter non malè tractabitur; cū verè sit, & appelletur venenū. Somnum enim (frugibus, ex quibus panis vel cereuisia fit permistū,) immodicū prouocat, ebrietatem citò excitat, mentē perturbat, oculis nocet, visum obscurat, caliginem adfert, teste Ouid. lib. 1. Fastor.

Matth. Euangel. cap. 13. Zizania in medio tritici. &c. Lolium facilè crescit, difficulter perit: auth. Erasm. Cæcutiens lolio victitare dicitur: vt est in prouerb.

Et careant lolijs oculos vitiantibus agri:

Stomacho, & vētriculo dolorem & cruciatum, aliosque toti corpori affectus infert.

Ego ipse hinc ebrietatem, vertiginē, febrem &c. expertus sum, anno 1594. mense Ianuario, cùm Patauij mihi ex pane huiusmodi modico, ac triticeo simul sumpto, panem iurulentum (offam vocant) pro prandio fieri procurassem. Cuius rei testes sint viri nobiles, consultissimi, legum Doctores, tùm Iodocus, Prætor Erfordiensis &c. tum Petrus Hopffen Erfordiensis, &c. de me in Italia optimè meriti.

Vsqueadeò, vt si quādo pauper quispiā ab huiusmodi lolij mixtura offendatur, per totum re

liquũ diem attonitus nõ poteſt labores ſolitos ſuſtinere, neque lucellũ ſibi comparare. Qua-
1 propter cùm perſentit quis ſeſe loliatum, ſeu lo lio vel Zizanio pollutum; accipiat è veſtigio acetum bonum, & panis electiſſimi, non loliati, ſeu lolio inquinati parum; & duas buccellas hinc abſciſſes ſuper prunas excalfaciat, ac propè adurat, in aceto dicto maceret, emolliat, & comedat, & ſubitò ſanatus conualeſcat.

Quod ſi quis illud facere nequeat, iam

℞ Theriacæ antiq. drach. j.
2 Vini opt. vnc. iiij.

Miſce, & bibat, ac ſuperquieſcat per horam mediam, & ſanabitur. Aut

3 ℞ folior: menthæ
rorïſmarini
meliſſæ } an. num. ij.

Miſce, & comedat, atque magnum perſentiet iuuamentum, & auxilium.

Laus, & facultates lolij.

Sed contrà per ſe lolium hoc, (potiſſimũ applicatum extrinſecè) plurimas virtutes habet, 1, excalfacit, & exiccat: 2, cõducit ad conceptionẽ, molitũ & applicatũ ſuper corpus cum croco, thure, & myrrha ad modum & conſiſtentiã polẽtæ, ſeu pultis ex farina & aqua coctæ; aut ſuffitum: 3, compeſcit vlcera putrida, & corrodentia, gangrenas, & nomas depaſcentes, cum raphanis & ſale impoſitum: 4, ſtrumas, ſeu ſcrophulas reſoluit & diſcutit, cũ fimo colũbi & ſemine lini in vino decoctũ: 5, rũpit, & aperit ea apoſtemata, quę ęgrè ad maturitatẽ perducũtur 6, mitigat dolores arthriticos, iſchiadicos, & podagricos, cũ melicrato decoctũ, & impoſitum: 7, ſedat capitis dolores: 8, extrahit oſſa rupta: 9,

perſa-

persanat leichenas seu feras impetigines, & lepras Græcorum, cum sulfure, vino, & aceto permixtum. Habet & alias multas facultates, quas breuitatis ergò silentio præterimus. Poterunt illæ commodè videri apud Galen. lib. 6. de simpl. med. facult. Diosc. lib. 2. c. 92. Auic. li. 2. Tr. 2. 750. de Zizanio, Dodon. 4. 3. 1. Quò nos lectorem remittimus. Vsqueadeò vt quæcunq; fecit Dominus Deus, sint bona, si modò debitus accesserit vsus.

Veniamus tandem ad modum extrahendi à farina, quacunque noxiam ipsius lolij malignitatem, quod erat hoc in loco primarium nostrũ institutum. *Correctio farinæ loliatæ.*

Cùm itaque lolij malignitatem ex farina seu triticea, seu alia placet eximere & auferre, necessarium est, dum illa ad fermẽtandum, & pinsendum, iam præparatur, & permutatur, vt pridie eius diei sumas aquæ vitæ (aqua mortis vocant sæpius aut copiosius per os experti) lib. mediam, seminum sinapios pistorum, seu pistillo contusorum scrup. iiij. & permisceas, atque ad focum seu ignem apponas in vase tam diu obturato, donec illa mixtura calefiat, quæ deinde in media illa farina includatur, facta prius in medio cauitate seu scrobe, & absorpta in illa hac mixtura: posteà verò eandem misturam, nunc absorptam, tegat & cooperiat dicta farina vsq; in diem & horam matutinam sequentem: tunc videbitis hanc dictam aquam vitæ ad sese attraxisse vniuersam farinæ loliatæ malignitatem, quæ attracta haud absimilis erit à globosa massæ seu pastæ viridis pila, quæ inde abiecta, à canibus famelicis non deuoratur. Quibus omnibus *Dod. 3.3.31 Suprà ca. 11.*

bus

bus diligenter iam peractis, fermētum tuum indes & panē (vt moris est) pinses: qui per diuinū auxilium nullo lolij veneno te affliget, cùm nūc extracta, & abiecta sit tota illa venenosa, & maligna qualitas, humano corpori tam inimica,

Epilogus. Vnusquisque demum dicti Medicorum principis recordetur, quod nimirum multi eorum, qui animosè sese gerunt, qui animosè faciunt, & qui animosè viuunt, liberātur, conualescunt & superuiuunt. Atque hæc sint satis de cura huius morbi, à quo Dominus Deus per suam clementiam & misericordiam nos & omnes Christianos præseruare dignetur ad æternam suam gloriam, Ecclesiæ & Respublicæ sanctæ commodum, & animæ nostræ salutem.

INDEX CAPITVM.

De

AD LECTORES INTERpretis admonitio.

CVM, Lectores beneuoli, de hoc tractatu (quem de peste ex Italia mecum attuleram) ex lingua nostratibus ferè ignota ob commune bonum transferendo, & typis subijciendo consideratius cogitarem, non erat mihi statutum in illo vel comma, vel colon vnum, ne dicam modum aut addere, aut imminuere, aut permutare, aut transponere: Verùm cùm iam illius libelli initiũ sub prælo Typographico premeretur, ceperunt amicorum quidam sedulò me hortari, & vrgere, vt in toto hoc opusculo incudendo illud, quod Titulus & inscriptio pol

lice-

ficetur, velim prestare, & hunc tractatum ad inclytæ Reipublicæ Coloniensis, quantum fieri posset, vsum, commodum, & emolumentũ hoc pestis crudelissimè grassantis tempore, magis magisque accommodare. Hinc vt amicis, & nostratibus omnibus, quibus iusta petentibus equũ erat gratificari, paucissima quædam prioribus sunt adiuncta; & inserta, vix vlla, quod sciam immutata, paucissima permutata, nõnulla trãsposita, quædam passim obuia hic accuratius distincta & explicata, quædam denique paucissima de characteribus, dosibus, ponderibus mensurisque relinquuntur à Pharmacopœis indicanda, quemadmodum Riuettus ipse, huius tractatus Author, quem etiamnum apud Bononiã in Italia superstitem confidimus, & omnes alij Lectores beneuoli facilè in toto hoc libello obseruabunt, atque si scopum destinatum pro voto minus fuerimus ad punctum vsque assecuti, æqui bonique consulent, & animum ad amicis, & ciuibus multum afflictis gratificandum quam promptissimum perpendent.

FINIS.

COLONIAE,
Typis Lamberti Andreæ.
ANNO M. D. XCVII.

